

De continentia vel de sanitate tvenda. Liber primus ... / Marsilii Cagnati Veronensis.

Contributors

Cagnati, Marsilio, 1543-1612.

Publication/Creation

Romae : Apud Ascanium, & Hieronymum Donangelos, 1591.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/b9grhb3j>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



1591







C. II 80

1192

Aug 1

V.
19 July 05

18 B 1134

3

DE CONTINENTIA VEL DE SANITATE TVENDA

LIBER PRIMVS

MARSILII CAGNATI VERONENSIS,
Medici Romani, & in Romano Gymnasio
Medicinam (quam Theoricam vocant)
de priore loco publice inter-
pretantis.

AD GREGORIVM XIV. PONT. MAX.

H



152-

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE, Apud Ascanium, & Hieronymum Donangelos.
M. D. XCI. 1.6

Calatravallis Colombæ

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius


De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius

De generatione hominis et de vita eius



INDEX CAPITVM

H V I V S L I B R I

R ÆFATIO	pag. 1
De Continentia utilitate cap. I.	3
Continentia passim probata. cap. II.	10
Propositio ascendorum. cap. III.	13
Quibus homo nutriatur. cap. IIII.	13
Homines diu sine cibo posse vivere experimentis, & exem- plis varijs ostenditur. cap. V.	16
Argumenta ad probandum, ieiunium multorum dierum esse naturale. cap. VI.	19
Ieiunium quadraginta dierum non esse naturale. c. VII.	23
Quæ ad famem, sitimque longo tempore sustinendam iu- uant. cap. VIII.	30
Admonitio. cap. IX.	32
Salubrius esse sepe, quam semel die comedere. cap. X.	33
Antiqui sepe die eodem comedebant. cap. XI.	34
De Græcis. cap. XII.	36
De Romanis. cap. XIII.	48
De Hora, qua Romani cibum capiebant. cap. XIII.	57
Cur salubrius sepe, quam semel die comedere. cap. XV.	62
Vicius nimis tenuis damnatur. cap. XVI.	69

De

De cibi, & potus mensura. cap. XVII.	71
Cibi, & potus antiquorum mensura cum nostra compara- tur. cap. XVIII.	71
Qua mensura cibus, & potus sit sumendus. cap. XIX.	79
De signis repletionis. cap. XX.	82
Utrum cena, an prandium leuius esse debeat. ca. XXI.	87
Argumenta, quibus vberius prandium probatur, quam cena. cap. XXII.	92
Quid in agris seruandum. cap. XXIII.	98
Tempus inter prandium, & cenam. cap. XXIV.	102
De Abstemijs. cap. XXV.	107
Vini potus noxius est. cap. XXVI.	110
Cur aliqui potu vini non sedantur. cap. XXVII.	113
Responsio ad argumenta pro vino. cap. XXVIII.	116
Quibus precipue vini abstinentia utilis sit. c. XXIX.	121
Utrum omni potu abstinendum sit. cap. XXX.	122
De carniū abstinentia. cap. XXXI.	125
De cibi, et potus varietate, et simplicitate. c. XXXII.	130
Utrum cibi varijs seditionem pariant. cap. XXXIII.	135
Mutatio grauior ab inedia ad saturitatem, quam contra. cap. XXXIV.	140
De rerum venerearum usu. cap. XXXV.	144
Tempestiua Venus qua dicenda. cap. XXXVI.	148

GREGORIO XIV.
PONT. MAXIMO
ET SANCTISSIMO.

MARSILIUS MAGNANVS.

NON fuit diu cogitandum, Sanctissime Pater, cui libellus hic iure optimo donaretur, dicareturque: Tua enim confestim sanctitas offerebatur, cui maxime deberetur, a me præsertim, quem debuit non solum, summis virtutibus coniuncta, Magistratus supremi Maiestas amplissima mouere, & allicere, sed incitare, atque etiam cogere memoria beneficij, quo me Sancta ista Sedes, honestissimo medicinæ scientiam publice docendi munere imposito, auxerat, & decorauerat. Sed nec opus est multis persequi argumentum iam admodum vulgatum, & pene obsoletum, ad docendum, vereri me non debuisse, ne tenui nimis, ac vili munere ad pedes tuos viderer accedere: nam de scientiæ eiusdem honestate, quæ afferri possunt, cui ignota sunt, cui non dicta? Nihilominus tamen res est tuæ longe im-

ge impar Maieftati : quod agnofco, & fateor : fed
& illud eft exploratifsimum, Principes viros ; Dei
Optimi Maximi exemplo, frugum leues manipu-
los non recusantis ; non pretio, & munere, fed gra-
to offerentium animo delectari. Itaque vnum reli-
quum eft, vt tuam orem, atque obsecrem, Beatif-
fime Pater, Sanctitatem ; de pofitis tantisper curis,
quæ te maxime angunt, cum ob intestina Urbis in-
commoda, tum ob externa toti pene Orbi mala
imminentia ; quibus obuiam ire, tamquam om-
nium Patrem optimum fuma te ope enitentem
cernimus ; vt, qua foles, manfuetudine, & clemen-
tia omnium mentes, & corda ferena reddere, ea-
dem munusculum, ac meipsum respicias, & in fi-
dem, tuamque recipias clientelam.

MARSILII CAGNATI
DE CONTINENTIA,
VEL DE SANITATE
TUENDA.

LIBER PRIMVS.



P R Æ F A T I O .



VI hæcenus de sanitatis tuendæ ratione litteris aliquid tradiderunt ; quos certum est , iam inde ab ipso Hippocrate Coo, nullo seculo defuisse ; egregiam illi quidem operam nauarunt : nam vel ipsi , magno mortalium comodo , multa inuenerunt , & litterarum monumentis commendarunt ; quod a Hippocrate a se factum , palam professus est : vel aliorum inuenta auxerunt : vel obscuris aliorum scripturis lucem , disertis , & vberibus commentarijs, attulerunt . Verumtamen illorum ego volumina diligenter , pro viribus , manu versans , & perlegens , locos esse quosdam animaduerti , quos vel illi non attigerunt , vel ieiuue nimis , & parcius , quam rei dignitas requirebat , persecuti sunt , in quibus pertractandis se posset aliquis , non sine publicæ spe vtilitatis , exercere . itaq; cum ipse non paucissima ad eam rem pertinentia collegissem ; quæ partim lectio multiplex obtulerat , partim rerum , quæ mihi medicinam facienti in dies occurrunt , obseruatione didiceram ; illa in quatuor libros digessi ; non tamen omisis , quæ per alios tractata noueram : quo tuenda

a lib. 3. de
dieta, in fi-
ne lib. de
insomnijs.

b lib. 6. epi-
dem. sect. 4.

dæ valetudinis ratio simul comprehensa vniuersa prodiret, Et quoniam b Hippocratem habemus auctorem, sanitatis studium esse ἀνοσίλω ἑσφῆς, καὶ ἀνοσίλω νόσων, quod aliquis nō male interpretaretur, continentiam, & exercitationem, propterea duobus primis voluminibus ea comprehendi, quæ ad continentiam, & exercitationem pertinent: tamquam hac in parte plus necessitatis, atque artis contineatur; licet, ex vulgi opinione, vtilior pars altera videatur, quam libris posterioribus complexus sum, in qua de ciborum, & potionum generibus singulis disputatur, & innumera de tota viuendi ratione quæstiones, passim & creberrime occurrentes, tractantur.

De continentia igitur primum dicturus, lectorem admoneo, ea prætermissum iri, quæ ad scientiam de moribus proprie pertinent, vt quid continentia, & quotuplex sit, in quibus versetur, vtrum virtutum aliqua sit, an res a virtute diuersa, quis continens vere appellari debeat, & alia multa diligenter perquirere, de quibus Aristoteles libro septimo de moribus accuratissimè disputauit; illa enim solum a me tractabuntur, quæ ad sustentandam valetudinem conducunt: nam vere, & grauiter a M. Tullio scriptum est, valetudinem sui corporis notitia sustentari, & obseruatione rerum, quæ vel profunt, vel obsunt, & continentia in victu. Sed quæ ad humani corporis notitiam pertinent; quoniam ad vniuersam medendi scientiam necessaria sunt; opportuno magis loco tractantur: quæ vero huius loci propria sunt, tractaturus, de continentia vtilitate paullo copiosius edisseram primo, vt ad reliqua deinceps examinanda paratior accedam.

De continentia utilitate.

Cap. 1.



Vamuis autem existimem, plerosque in hac sententia acquiescere, ut dicant, moderationem ciborum, & continentiam edacitati, & incontinentiæ iure ac merito præferri; quin immo absurdum videri, hoc quærere, & in dubium reuocare, quod veluti fundamentum, & ut Græci dicunt, ἀξίωμα, statui posset, de quo magis disputandum non sit, quam de eo, utrum videlicet linea recta duobus punctis finiatur; quia tamen contra hanc ipsam sententiam argumenta quædam afferri possunt, quæ non difficulter nonnullos deciperent; illa in primis expedit recensere, atque diluere. Itaque primo scimus, plurimos solere homines satietate laborare, videturque natura ipsa nos eo ducere, ut quam liberalissime nutriamur: quamobrem posset aliquis existimare, continentiam non esse magnificendam: cum naturæ impetus ille, qui in omnibus inest, dammandus non videatur. deinde non est dicendum, frustra naturam instrumenta nobis tradidisse, quæ cibos ultra mensuram, quæ a medicina definitur, excipiunt. tum constat, cæteras animantes, vnius naturæ ductu, & consilio, cibo sumpto, quantum quæque valet, diu vivere, & bene valere. præterea exstat ^a Hippocratis medicinæ auctoris omnium clarissimi testimonium, neque non Cornelij ^b Celsi auctoritas non contemnenda. Alter enim dixit, cum in ægris hominibus, tum in sanis victum tenuem, & exquisitum pleniore periculosiorem esse. Alter autem, cibum semper quamplurimum capiendum esse, dummodo concoquatur. qui auctor (quod postremum est argumentum) asseruit, præstare bis die potius, quam semel cibum capere: nam testantur ^d aliqui traditum ab Hippocrate, non prandentium exta celerius senescere, & obseruatum in ijs est, qui

1. arg. contra continentiam.

2. argum.

3. argum.

4. argum.

a 1. aph. 4.

& 5.

b lib. 1. c. 1.

5. argum.

c idē Celsus lib. 1. c.

1. & 8.

d Plin. lib. 28. c. 5.

nimia se abſtinentia, & ſobrietate extenuant, ventriculum contrahi, & hepar ſiccari, atque obdureſcere. certe libro ſecundo de diæta Hippocrates tradidit, τὴν μονοστιν (cui diſtioni parem Latini non habent, niſi dicas, ieiunium) ad extenuandum, & ſiccandum vim habere. hæc dicuntur. Verum enimvero, vt, quis uſus ſit continentia, ac temperantia in cibis, intelligatur, ſingulas hæſce argumentationes diligenter, quoad licuerit, examinabo, & nonnullas quaſtiones interim occurrentes, pro viribus, explicabo.

Argum. 1.
dissoluitur.

In priori igitur argumentatione illud contra continentiam ſumitur, quod attente conſideratum, eidem fauere intelligetur. Cum enim rari admodum ſint, qui nunquam ægrotent, & pars illorum maxima ægritudinibus debitum mortis tempus; quod ſequi debet ſenectam; præuertat; plurimæ autem ægritudines ciborum incontinentia ferantur acceptæ; ſiquidem in edacitatem proniores ſumus, vt in hac ratione ſtatuebatur; hoc ipſo cognoscimus, utilem ad vitæ, & bonæ valetudinis tutelam continentiam eſſe. Nec certe damnandus eſt naturæ impetus ad ciborum copiam: non quia ſit probandus, qua nos inclinat ad intemperantiam; ſed quia neceſſaria quædam commoda ſecum affert, de quibus deinceps in ſecunda ratione dicetur: quæ bona neceſſario ſequitur hoc periculum (ſic onus honorem ſemper comitatur) delabendi in incontinentiam: quam contra nobis in ratione præſidium collocatum eſt. vehit nos appetitus naturalis veluti concitatus equus, illius tamen curſum ratione, tamquam freno, inhibere, & moderari, naturæ liberalitate, ac beneficentia, valemus. Sed, quaſo, in hac ratione perpendenda nonnihil adhuc & ſtudij, & temporis ponamus: cur tam pauci ubiq. ſunt ſenes? ſcilicet ante ſenium plurimi moriuntur. morbi enim per omnes ætates graſſantur: & per eaſdem mors ipſa graſſatur. ipſo natali die non pauci decedunt, faſcijs innoluti occidunt multi: neque dies eſt infantia quiſquam, qui non fuerit plurimis letalis. Recenſe pueritiæ, recenſe adoleſcentiæ

Naturæ
propensio
ad ciborum
copiam nō
damnanda.

ſcientiæ tempora, iuuentutem conſidera, & grauiorem, quæ iuuentutem excipit, ætatem contemplare: vna omnium ratio eſt, par omnium eſt vel felicitas vel miſeria, ſi eſt in interitu miſeria, aut felicitas aliqua. pueri adhuc infantes, & teneri (vt a^a nobiliſſimis medicis traditum eſt, & ipſe rerum vſus nos docet) ſuis quibuſdam morbis capiuntur: ſunt quidam dentientium proprij, & alij ætatem, quæ paullo proceſſerit, exercent: pubertati propinquis alij: iuuenibus item alij: atque vltiori ætati ſimiliter alij familiares exiſtunt. quamobrem ex omni dicta ætate plurimos perire neceſſarium eſt. quorum morborum ſi cauſſam quæſieris, nihil audies præter lactis copiam, edacitatem, cruditatem, ſuperfluitatum abundantiam, repletionem, incontinentiam. debet igitur eſſe modus aliquis ciborum, & potus, quo dictos morboſos effugere liceat. Iam ad ſecundam argumentationem me conuerto: negamus enim fruſtra, aut temere factum, aliquid à natura. Verum, vt corpore nudi naſcimur; ſecus, quam cætera animalia; ſed animi vigore, & præſtantia ſulti, non contenti naturali cutis tegumento, vt pecudes, commodiſſima ſimul, & neceſſaria veſtimentorum genera, pro locorum, temporumq; diuerſitate, comparamus; ita non eſt alienum exiſtimare, naturam voluiſſe, nos in ciborum ratione à genere brutorum differre. quamuis enim nos eiufmodi fecerit, vt cibi plurimum, atque potionis capere poſſimus: tamen quia id neceſſario fit, nec ſemper vtile poteſt eſſe, ideo ingenium tribuit ad comparandam induſtriam, ſubſidio aduerſus periculum, cui neceſſario obnoxios nos fecit. neceſſario, inquam, ita ſumus conſtituti, vt plus queamus aſſumere nutrimenti, quam ſemper debeamus: quoniam incrementi tempore debemus plus cibi capere, quam ad nutriendum ſolummodo opus ſit, quo, ſcilicet, poſſint membra iuſte adaugeri; quod illis commodiſſime contingit, ſi cibi copia diſtendantur. non hoc quidem ſolo augetur animal, ſed eſt vis quædam inſita corpori, qua & nutritur, & creſcit; non fit

a Hippocr.
ſ. ſect. aph.

Arg. 2. ſoluitur.

Multi cibi
capiendi neceſſitas.
Incrementi cauſſa.

a 1. sect.
aph. 14.

fit autem hoc sine alimento, nec commode, & perfecte sine multo alimento: non enim frustra diuinus^a Hippocrates scripsit, quæ crescunt, plurimo nutrimento indigere: vbi vero iam animal adoleuit; etsi iam tot epulis non eget; quippe quod sustineri duntaxat postulat; quod parciore nutrimento assequitur, quam in incrementi tempore necessarium fuerat; vasa tamen cibos capientia eadem prædita magnitudine, qua tempore accretionis fuere, tantum deinde capere nihilominus possunt; & capere etiam amant, & gaudent; quantum antea capiebant: quæ res vt vlti non caret, ita periculo non vacat. vltus est, quod homo, vt quoduis animal, cibum sibi quotidianum comparare debebat; non est enim alia ratio brutorum hac parte, atque hominum; quia non satis est, vt naturæ vim intelligamus, si quæ commoda nobis afferant ciuitates modo inspexerimus, sed fingere nobis tempus illud, si fuit vltquam, debemus, cum in agris homines, pecudum more, degebant. in eo igitur statu tam homo, quam bruta, in dies cibum comparare cogebantur, vel ex ijs, quos sponte ferebat tellus, fructibus, vel ex venatione fortuita, & rapina; quoniam autem vbi quis semel in escam inciderat, incertum erat, an futurum esset, vt cum primum egeret, escam aliam promptam haberet, ne certum pro incerto relinqueret, & in vitæ discrimen ob inediam incurreret, præsentis cibi plurimum ingererebat, vt deinde famem quam diutissime sustineret: loculos scilicet implebat omnes, vt haberet penuriæ tempore, vnde depromeret. sic natura comparatum esse, cæteræ animantes suo exemplo nos docent. Hic igitur est vasorum magnitudinis vsus, vt plurimum capiat, subsidio aduersus inopiam, si forte in illam animal incidat: cui magnitudini est adiuncta appetitio, & naturalis ad cibi multitudinem inclinatio; de qua loquebar, cum primæ rationi respondebam: hoc enim est commodum, quod sequitur hunc appetitum, vt animal abundet alimento. Est vero periculum illud huic commodo adnexum, siue de appetitu, siue de vasorum

forum magnitudine sermo fiat, quod intemperantiæ sumus obnoxij, quam morbi, & ipsa mors sæpenumero sequitur. contra quod periculum à ratione opem poscimus, quæ idcirco nobis indita est, vt naturales appetitus compescere, & moderari ob vitæ custodiam possimus. itaque vt hæc, quæ dicta est, appetitio non est damnanda; ita non est existimandum frustra nobis esse tributa instrumenta, quæ plures escas contineant, quam semper opus sit: neque ex his sequitur, cibus modum nullum adhiberi oportere, aut continentia incontinentiam præstare. Sed neque brutorum animalium exemplo, expletio ciborum probari debet; quod tertio loco obijciebatur; nam ita se res habet, quod alia hominis ætatem superant, alia fortasse exæquant, alia certe breuioris vitæ existunt. ex omni autem genere ob edacitatem incidere in ægrotudines experimentis manifestum est. dictum^a est de ouibus, parum aut nimium saturari, ad corpus alendum esse inimicum: & arietes atque hircos vidimus tritico immodice deuorato paulo post obijisse. Equi, nisi hordeum mensura exhibeatur, ægrotare solent, & perire, quos febre corripit ob cruditatem, maxime cum frugibus recentibus auide nimis vescuntur, auctor est Absyrtus & Hierocles; quibus etiam eosdem, quos homini, morbos accidere traditum^b est. sed & pecus omne suos quosdam patitur morbos, quos cibi procreat vel vitiositas, vel penuria, vel nimia vbertas: nec etiam vera sunt omnia, vel saltem non omnia sunt perspicua (& ideo non facile credenda) quæ de longa brutorum vita feruntur. quæ namque de ceruo, cornice, coruo, ^c Plinius, & ^d Plutarchus refert, ab Hesiodo scripta carminibus; ea fabulam sapere, ijs persuasum nobis est, quæ de Phœnicis ætate, quam obseruare nemo potuit; & de Nymphis, quæ sunt meræ nugæ, eodem loco dicta sunt. de ceruo ^a Aristoteles ea scripsit: vitam esse illi valde longam, ferri quidem, sed nihil certi ex his, quæ narrantur, videri; nec gestationem, nec incrementum hinnuli, ita euenire, quasi vita esset prælonga.

3. arg. dissoluitur.

Bruta quæ ob incontinentiam ægrotant.
^a Varro lib. 2. de r. r. c. 2.

^b Plin. lib. 8. cap. 42.
Arist. lib. 8. de hist. an.
De longa brutorum vita.
^c lib. nat. hist. 2. c. 48.
^d lib. de defectu oraculorum.

^a lib. 6. de hist. anim. c. 29.

longa. scilicet dixerat, octonos tantum menses gestare, & hinnuli velox incrementum esse; quæ breuioris vitæ sunt indicia: quæ namq; cito nascuntur, & cito adolescunt, breuioris vitæ sunt ipsæ, quæ diutius gestantur, & tardius crescunt. Dixit^b Elephantum sesquiannum gestari, aut triennium (ut alij dixerunt) florere^c autem ætate circa annum sexagesimum: ideo vivere ducentos illum & trecentos annos, ut ab alijs quidem traditum retulit, sed ita, ut ei narrationi nihil repugnans dixerit. Sed & monuit, cibi mensuram in illius pactione requiri. Eodem, ^d inquit, pastu modios Macedonicos nouem, quod plurimum, edere potest: sed tantum dare periculosum: sex, aut septem dedisse modios in usu frequenti satis est: sed farinæ non plus, quam quinque. ut ex his intelligamus, nec morbis carere pecudum genus, nec sine cibi mensura; licet hominis ætatem superet; recte valere. Sed non est omittendum, quin illud quoque moneamus, verum non esse, quod est contra aliqui dicere solent, brutas animantes; ideo quod, rationis licet expertes, cibum tamen apta ad sanitatem mensura accipiunt; salubrius quam homines degere; quibus ne ratio quidem ipsa satis videtur esse, ne cibum ultra vel citra modum sumendo decipiantur: nam præter hæc, quæ diximus de brutorum morbis, quos facit incontinentia, quam hi concedunt, cum quibus disputauimus, habemus domestica exempla canum, qui propter ingluuiem ab alijs negatam frequenter vomunt, & varijs etiam morbis^e capiuntur: Gallinarum, quæ propter edacitatem sæpe^f pituita, & alijs morbis laborant: Suum, quos quis continentes dicere audeat? nam illorum similitudine^g Socrates existimauit traditum, socios Vlyssis in sues à Circe conuersos fuisse, quia suum instar in epulis incontinentes extitissent, contra quam Vlysses, quem ideo, suum non esse factum, dixerunt, quod in cibo continentiam adhibuisset. Quod si feras respexeris, memento^h Aristotelem scripsisse, Leonem cibo incontinenter admodum uti, multaq; deuorare solida sine vlllo dissectu.

b lib. 8. de
hist. an. c. 9.
c lib. 9. de
hist. anim.
c. 46.

d lib. 8. de
hist. an. c. 9.

De brutorum
sanitate.

e Arist. lib.
8. de histo.
anim. c. 22.
f Plinius
lib. 10. c. 57.
g Xenophō
li. 1. memo-
rab. Socr.

h lib. 8. de
hist. an. c. 5.

dissectu. mox nihil triduo, aut certe biduo edere: ferre enim inedia[m] potest, ut qui iam ad multam satietatem repletus est. Igitur cum est in brutis incontinentia, tum propter ipsam non raro, nec leuiter aliquando ægrotant. Quod autem quarto loco obijciebatur; victum tenuem, & exquisitum ab Hippocrate damnari; huic sententiæ nihil obstat. quoniam continentiam vulgari modo nos hic accipimus, ut de ea Philosophi quoque veteres locuti sunt. Hoc enim sumimus, studendum esse bonæ valetudini, robur corporis seruandum, vitam, quoad liceat, producendam esse. quibus omnibus ut temperantiam conducere asserimus, ita etiam continentiam: quæ eo solo differt à temperantia, quod non, ut illa, exercetur sine cupiditate, ut Aristoteles ^b ait. Temperantia habitus est, continentia est ea in voluptatibus moderatio, quæ non ex habitu proficiscitur, sed ex qua, si sapius adhibeatur, potest habitus nasci: recte enim dixisse putandus est Eusebius ille apud Stobæum ^c à continentia temperantiam in anima generari. temperans non potest non esse continens, at contra, continens esse intemperans potest; qui semel sibi ipsi moderatus fuerit, tunc dici continens poterit, qui victa cupiditate semper moderatur, ille demum temperans merito vocatur. quæ vero continentia corpora hominum emaciat, infirma & obnoxia morbis reddit, ea non est, cuius causa hæc in præsentia suscepta disputatio est. continentia non est virtus, sed aliquid virtuti simile, & ad virtutem consequendam idoneum; itaque non potest esse absque mediocritate: qui adeo sunt cibis addicti, ut immodica repletionem obæsi fiant, non probantur: sed nec qui cibis ita parcunt, ut præter modum graciles euadant. Media quædam ratio est, quam nos sequimur, & quam ^d Hippocrates respexit: qui immodicam ciborum vacuitatem, & summam repletionem æque statuit periculosam, & pariter fugiendam. Et ^e comparauit tenuissimum viuendi modum non plenissimo, sed paulo pleniori. Et ^f demum mediocritatem

4. arg. dissoluitur.

Continētia quo differt a temperantia.
b lib. 7. moral. ad Nicomach.

c Sermone de imprudentia.

Ciborū mediocritas.

d 1. aph. 4. lib. de veteri medicina.

e 1. aphorism. 5.

f 6. epid. sect. 6.

B

tem

5. arg. dissol-
uitur.

a lib. 6. epid.
sect. 4. & 6.

tem in cibis aperte commendauit. Corn. Celsus similiter minime nobis aduersatur, qui non dixit solum, edendum esse quamplurimum, sed adiecit, dummodo concoquatur. quod perinde est, atque si dixisset, cibi capiat, non quantum valet capere, sed quantum concoquere: at qui nolit plus assumere, quam possit conficere, huic sapissime cum cupiditate colluctandum fuerit, quod est continentem esse. Quod vero postremum erat, minime omnium arguit continentes. nam etsi præstat bis die (esto etiam quod sæpius) quam semel comedere, nihilominus tamen continentem, ac moderatum præstat esse, quam immoderatum, & incontinentem. neque enim Celsus summam laudabat expletionem, sed moderatam, eam scilicet, quam quisque ferre sine noxa potuisset: quia dixit, dummodo concoquatur. ita & Hippocratem, non prandentes quidem damnassee, & illorum, qui sobrij nimis sunt, viscera contrahi, & obdurescere concedo; sed idem Hippocrates summam vbique repletionem explosit. Cuius^a & illud fertur esse: exercitatio sanitatis, vesci citra saturitatem, impigrum esse. & illud: labores, cibi, potus, somnus, venus, mediocria. quæ ad continentia laudem egregie pertinent.

Continentia passim probata.

Cap. I I.



ED nullum fuit seculum, quod non probauerit continentiam, nulla natio, cuius paulo politiores mores extiterint, quæ testimonium eidem non dederit; vt cognoscere ex ijs licet, quæ de diuersarum gentium moribus litterarum tradita monumentis, iam inde à vetustissimis temporibus, adhuc seruantur. Cum vero eam conferre ad bonam corporis valetudinem existimemus, & ad animi integritatem seruandam, & verum illud esse, quod So-
crati

crati ^b tribuitur, corpus & animam simul corrumpi, si quis non fame & siti prouocatus, sed cibi & potus suauitate illectus cibum sumat & potum; ego ea, quæ corporis sunt hoc loco potissimum considero, vbi etiam veneris vel comoda, vel nocumenta non persequor (de qua tamen suo dicetur loco) nam id agere in præsentia mihi propositum est, quod est omnibus commune, & ad omnem ætatem, & omne genus hominum necessario pertinet: paucis igitur exemplis docebo, continentiam sapientissimis viris sanitatis custodem visam esse, vt ^a Salomoni, qui non alia de causa hominem, qui coactus plus iusto comedisset, admonuit, vt aduersus imminensem ægritudinem à vomitu auxilium peteret, quam quod incontinentiam morborum causam arbitrabatur. Persæ ^b olim, Cyri instituto, eum in cibo ac potione modum seruauerunt, ad mentis atque corporis perturbationes vitandas, vt facillime sputa, mucos, & omne aliud genus superfluitatum compescerent: atque si quis palam exspueret, vel emungeret, aut secedere e medio ob huiusmodi rem cogeretur, hoc illi vitio vertebatur. Lycurgus ^c viuendi rationem Lacedæmonijs eiusmodi præscripsit, vt repletionem onerari minime possent, salubrius autem vitam traducerent. Regum ^d Aegyptiorum victus tanta erat moderatione institutus, vt diceres non legum latorem, sed optimum medicum sanitatem colineantem illius auctorem exstitisse. Erat autem ea moderatio, vt nec cibus repletionem, nec vinum ebrietatem inducere posset: & ipsi Aegyptij in conuiujs vefcebantur cibo pauperrimo simul & saluberrimo, inquit ^e Athenæus ex Apollonio. ^f Pythagoras sanitatem fieri testatus est à ciborum & potionum mensura, ideo assuescere oportere victui, quem *ἀσπυσιον* vocat, quia molles, & effeminati fieri ex eo minime possumus. ^g Alexander magnus diuinam edidit uocem, tenue prandium sibi esse oblatorem ad cænandum optimum: quia scilicet corpore integro cibus omnis iucundus videri potest; victu vero intempe-

^b Xenoph. lib. 1. de Soc. memorabilibus.

^a Ecclesiastici, c. 21.

^b Xenoph. de Cyri institutione lib. 1. & 8.

^c Xenoph. lib. de Lacedæmoniorum rep.
^d Diodorus Siculus biblioth. lib. 1. par. 2.

^e lib. 5. diognos.
^f Stobæus de Sanitate serm. 90.

^g Plutarchus lib. de tu. bo. val.

a Plin. lib.
7. cap. 48.
Stobæus
serm. 90.

b lib. de tu.
bo. valet.

c Cic. li. 3.
de nat. deo.
Plin. lib. 7.
c. 50.
Plutarch.
lib. de cap.
vtil. ab ini-
mico.
d Xenoph.
lib. 6. rerum
Græcar.
A. D. 1585.

Conclusio.

ranti vis naturæ frangitur, quam continentia & tempe-
rantia incolumen seruat. ^a Gorgias Leontinus centum &
octo uixisse annos fertur, ac rogatus, quo uictus genere
usus esset, respondisse, nihil unquam se caussa uoluptatis
comedisse. quo exemplo (cui similia multa referri possent,
si locus requireret, & historiam texere instituissem) doce-
mur continentiam, ad uitam etiam producendam auxilio
esse: ut conducere ad tuendam bonam ualeitudinem su-
periora docebant: sed conferre etiam ad morbos, quos
alioqui effugere non licet, facilius profligandos; docet
grauis auctor ^b Plutarchus, medicam quandam disputa-
tionem recensens: qui dicebat, quemadmodum florum
odoramenta per se sunt parum efficacia, si uero oleo ad-
misceantur, uehementiora; sic & morbos, si humorum
abundantia non adsit, facile euanescere; si adsit difficilio-
res fieri, & corpora humore uacua suberis in morem ob-
leuitatem sursum emergere, & naui instar, quam grauis
mercimoniorum sarcina non premit, in sublime ferri, &
tempestatem euadere. cumque traditum ^c sit, Iasonem
Thessalum aperta per hostem uomica liberatum esse, quam
sanare medici non poterant, & eundem scriptum ^d sit, fuisse
se in omni re continentissimum, existimaui continentiae
praesidio illum ad fortuitam medicinam seruatum esse, qui
si intemperans fuisset, letalem morbum tamdiu ferre & de-
mum effugere non potuisset. uiuebat, cum hæc scriberem,
Romæ, in hoc vniuersi orbis emporio, illustris femina Pau-
li quarti Summi Pontificis sorore genita Victoria Tolphia,
quam in extrema senectâ (cum esset alioqui iam multos
annos ualeudinaria) epilepsia, & apoplexia sæpius tenta-
uit: euasit tamen, facillimo etiam negotio (quod raro con-
tingit) non aliam ob causam, quam ob sanguinis, & spiritus
puritatem, quam singulari in victu cōtinentia, quin potius
temperantia sibi comparauerat. ut iam liceat profiteri, ma-
gnū esse continentiae fructū, bonam scilicet tueri ualeitudi-
nē, vitā diutissime producere, morbos facillime profligare.

Pro-

Propositio dicendorum.

Cap. III.



Dea nunc accedam, quæ ad vsum hominum magis pertinent. Intelligere enim oportet, quod genus continentia sit eligendum: etenim aliqui semel die comedunt, plurimi bis, multi etiam sæpius, aliqui contra, vnum vel alterum diem famem ferunt, aliqui diutius, alij rursus abstemij sunt, aliqui potu omni carent, aliqui carnibus peculiariter abstinent, alij tum cibum tum potum simplicem diligunt, alij gaudent varietate: de quibus sigillatim dicendum est.

Primum vero sumendum est, alimentum esse omnibus necessarium, quæ vitam habent: est enim vita quemadmodum ardens lucerna, quæ tamdiu ardet, quandiu materia suppetit, quæ flammam nutrit, vel oleum, vel cera, vel pix, & huiusmodi: nisi interim, antequam scilicet hæc materia consumatur, vel flatus vehemens, vel imber, vel quivis casus alius flammam extinguat: quandiu igitur nutrir animal potest, tamdiu etiam vivere: nisi vis morbi aliqua ingruat, quod hic non est considerandum.

Quibus homo nutriatur.

Cap. IIII.



ST autem homini cibus naturalis, non corpus aliquod simplex, scilicet nec aer, nec ignis, nec aqua, nec terra: sed ex his aliquod mixtum, maxime autem ex aqua & terra: nam quibus constamus, ijsdem & nutri-mur, vt est clarissimorum auctorum opinio; humanum vero corpus, vt aliorum quoque animalium, ex terra & aqua

a Arist. lib.
de gen. &
corr. t. 50.

aqua potissimum conflatum est. Existimo autem neminem tam fore ineptum, qui cogitet, hominem luto posse nutriri, & ignoret, quæ e terra nascuntur, & nos alunt, insito ea naturæ ingenio, & cœlestis auxilio motus, ac lucis terram ipsam aqua permixtam ita informare, ut nec terra amplius, nec aqua videatur. Sunt tamen, qui sibi persuadeant, hominem posse aere nutriri: quoniam reperti nonnulli sunt (de quibus deinceps dicetur) qui cum sine cibo, potuq; degerint, & ali tamen necesse fuerit, illis aerem præbuisse alimentum statuere, quod à ratione alienum visum non est, cum maxima nobis cum aere necessitudo intercedat, quamobrem absque eo ne breuissimum quidem spacium vivere possimus; licet diu sine cibo, potuq; degamus: nec fortasse alia ratio est, quod tam efficaciter nos aer afficiat, ut solus sæpe sanos & ægros faciat (constat enim vel sola aeris mutatione, morbos & nasci, & desinere) nisi quia nobis alimentum sit, ut videre est etiam plantas in aliud solum translatas, melius, aut deterius degere, non aliam ob causam, quam quod aptius, aut minus aptum vno solo, quam alio, nutrimentum hauriunt. Sed contra horum sententiam grauitèr à doctissimis viris est disputatum, auctorem, & ducem Aristotelem habentibus, qui libro de sensu & sensili contra Pythagoricorum quosdam statuit, nec aquam, nec aerem nutrire. propterea non utar ego sermone multo: tantum occurram ante dictis rationibus: nam de his, qui diu ieiuni penitus vixerunt, posterius differendum est. licet autem ea sit inter nos & aerem necessitudo, quæ dicta est, non tamen sequitur, aerem esse nobis alimentum: namque aer alia nobis commoda præbet: quæ commoda si quis translate alimenta velit appellare, per me licet. at proprie nutrire dicendus non est. Medici^a aerem asserunt, duo præsertim præstare, alterum est, refrigerium natiui caloris, alterum nutritio spiritus. concedamus igitur vtrumque, non tamen aer idcirco nutrire dicendus est: nam caloris refrigerium omnino abest

^a Gal. lib.
de usu pulm.
c. 3. de util.
resp. cap. 5.

à nutritione. nutritio autem spiritus, non est huiusmodi, qua possit homo plures dies sine alio cibi, & potus genere sustineri: nam ut viuat, non solus spiritus, sed ossa quoque, caro, & omnis particula nutriri debet. deinde, spiritus aere nutriri *μεταποιησθαι* tantum dici potest: quod enim vere alimentum est, debet per os in ventriculum, & inde per venas ad singulas corporis partes meare. quo argumento Arist. eod. lib. de sensu & sensili, docebat, odorem minime nutrire. sed spiritus nutriri vere tantum dicitur, ut in animo quoque usurpamus, cum dicimus, amorem, odium, spem, metum, & alia nutriri. Itaque spiritus nutritur aere, idest recreatur, fouetur, conseruatur. at sermo in praesentia est de vera nutritione, cuius gratia os, ventrem, hepar, & potissimum venas natura nobis attribuit. nec similis est soli mutatio in plantis, & aeris in hominibus: namque nec in satu primo talis est terra plantis, qualis aer hominibus esse dicitur; terra est plantis, ut ventriculus, qui suppeditat alimentum, & aerem esse animalibus alimentum negatum est: longe vero minus ventriculi officio fungi dicemus: nam internum animalia ventriculum habent. aer igitur non nutrit. De igne nihil dicendum est, ex quo nullum generari animal Aristoteles voluit, & tradidit libro secundo de generatione animalium (qui locus, quam habeat difficultatem, alio loco ^a explicauimus) si vero non generatur animal ex igne, ergo nec nutritur. Terra autem quam sit idonea ad nutritionem, ex eo maxime intelligere est (omitto quod ipsa etiam simplex corpus est) quod feminae praegnantibus; quibus desiderium edendi terram saepe nascitur; & viri item, si illam comederint (pueros hoc praesertim facere compertum est) prauo ^b colore inficiuntur, & praecordiis laborant. Ab aqua demum nutriri animal, minus praeter rationem facile videri posset, quoniam est aere crassior, & corpulentior, & quam ipsa terra facilior: sed nec ea (si quid nutriet, nam Galenus ^a etiam, ne dicam Peripateticos, negat nutrire) nos

^a lib. 1. variar. obser. c. 23.

^b Hippocr. lib. de st. perferat. & lib. 2. pte dict.

^d lib. 3. de vict. rat. in

moib. ac. t.
17. libro 4.
aph. 13. lib.
4. de usu
partium.

nos adeo nutrit, vt absque alio cibo possimus longo tempore sustineri: etenim certum est, nec plantas e terra vulsas, licet aqua non deficiat, posse diu viuere, quæ telluri insitæ viuere diutissime possunt: quoniam idoneum ex ea nutrimentum accipiunt, quod ex aqua, & terra conflatum, intra ipsam terram concoquitur (quæ plantis easdem, quas ventriculus animalibus, vices præstat) & tale fit cælestis operæ caloris, quale simplex aqua per se non est.

*Homines diu sine cibo posse viuere experimentis
& exemplis varijs ostenditur.*

Cap. V.



CVM ergo alimentum sit homini necessarium, non immerito quæret aliquis in primis, quamdiu possit naturaliter homo degere sine cibo: nam multa feruntur experimenta, quæ dies etiam quadraginta, & multo plures, quinetiam & annos in fame, & siti aliquos vixisse doceant: etenim, vt nihil dicam de ijs, quæ in sacris litteris leguntur, in quibus dicitur ^a Moses, Helias, ^b & Iesus ^c Christus Dei filius Dominus, & Redemptor noster totos dies quadraginta ieiunasse, videlicet neq; die, neq; nocte cibum, potumve degustasse, quod de quodam etiam S. Augustinus, ^d sibi à fratribus fide dignissimis sua ^e ætate asseueratum esse, testatus est; his, inquam, dimissis, quoniam miraculo constitisse, certissimum est. In Francorum annalibus traditum est; puellam in territorio Tullenensi iuxta villam Commerciacum, seu Conuernacum (vt apud alios legitur) cibo, potuq; omni ^f triginta totos menses abstinuisset & ^g Ludouicum Pium cognomento, Francorum Regem postremos ante obitum dies quadraginta sine cibo, potuq; transegisse: Albertus ^h Magnus scribit, se vidisse ⁱ Colonia mulierem, quæ interdum totos triginta, interdum viginti dies nihil cibi sumeret: virum

^a 1. Exodi.

^c 34.

^b Regum 3.

^c 14.

^c Matthei.

^c 4.

^d Epist. 86.

^e A. D. 400.

^f ab an. D.

823. ad 825.

^g A. D. 840

^h lib. 7. de

animal.

ⁱ A. D.

1280.

virum item melancholicum, qui (inquit) custoditus, & clausus, septem septimanis sine cibo viueret: sed singulis, aut alternis diebus haustum tantummodo frigida adhiberet, & addit, sæpius hoc ab illo trium, aut quatuor septimanarum spatio factitatum. Petrus ⁱ Aponensis, sua tradit ^k tempestate in Normandia feminam annos natam triginta, nullo cibo degustato annos octodecim transegisse. Ioannes Bocatius scripsit feminam ^l Germanam ieiunam prorsus annos triginta traduxisse. proximo ^a seculo, Eugenio Quarto Pontifice Romæ sedente, Gallum presbyterum hac continentia vixisse auctor est Pogius. Et quo anno ^b Nicolaus Pontifex Iubileum celebrauit, aduenam venisse Romam, auctor est Raphael ^c Volaterranus, quem fama erat nunquam comedere, & hunc iussu Pontificis custodiæ traditum, post diem octauum cibum petijisse, oblatumq; exiguum sumpsisse, aliquot viris nobilibus simul, & matronis inspectantibus, quas inter erat ipfius Raphaelis mater. Aliquot post annos Nicolaus quidam inter Heluetios in recessu nemoris degere dicebatur sine vilo penitus cibo, conspicua sanctitatis fama. Idem est auctor Raphael, qui vixit eodem ^d tempore. Nostro ^e autem seculo ^f scribunt, multos in quodam ægritudinis genere transegisse dies quatuordecim in perpetua fame, ac siti, & plerosq; cōualuisse. Item in Chronicis cuiusdam Germani scriptū est, quendam hæresis Anabaptistarū dies nouemdecim neq; cibum sumpsisse, neq; potum. ferunt & quoque in pago Roedt puellam quandam propè decennem, capitis, & intestinorum doloribus correptam, nihil esculentum sine nausea accipere potuisse: inde verò nullo vsam cibo, ad extremum officio manuum, ac pedum prorsus destitutam esse. tandem medicorum consilio, & arte, adhibitis balneis quibusdam, membrorum illi vsum quidem restitutum: sed nauseam non modo non curatam, verumetiam anno sequenti; quo hominum memoria feruentior, & aridior nullus extitit; neque potum vllum sumpsisse, neque

C

lotium

i ad Arist.
prob. vlti-
mum. 10.
sect.
k A. D.
1325.
l A. D.
1325.
a A. D.
1436.
b A. D.
1450.
c lib. 32. c.
de frugali-
tate.

d A. D.
1483.
e A. D.
1528.
f Brasauo-
lus ad lib.
Hip. de rat.
vic acut.
g in Chro-
nicis quæ
vertit R. Pō-
tanus.
Gherardus
Bucolidia-
nus.

^a Sympos.
dec. 8. c. 9.

lotium vllum reddidisse; & iussu Romanorum Regis Ferdinandi asseruatam diligenter; prioribus etiam ablati indumentis, nouisq; vestitam; dies duodecim nec cibo sumpto, nec potu degisse; nihilo secius in ijs omnibus, quæ natura solent accedere, tam dormientem, quam vigilantem, mutationem non recepisse, & viribus firmam permanuisse, ac demum à Rege multis affectam muneribus, non absque ingenti admiratione, ad suos remissam esse. De qua extat Simonis Portij philosophi ad Paulum Tertium Pontificem Maximum disputatio. omitto interim, quod ex Aristotele ^a Plutarchus retulit de Timonis nutrice, quæ quotannis quarundam more ferarum menses duos latebat, vna respiratione vitam adesse demonstrante. omitto etiam, quod à Diogene Laertio de Epimenidis Cretensis inedia somnoq; annorum septem supra septuaginta traditum est. Hæc igitur & his similia multa narratur, quæ facile persuadeant, posse homines non dies solum paucos, verum etiam menses absq; cibo, & absq; potu degere. cuius quoq; generis plura quam litteris tradita sunt, verisimile est accidisse, quæ tamen, in tanta vniuersi orbis terrarum vastitate, totq; sæculis latent: cum præsertim paucarum gentium res gestas litterarum monumenta contineant, & quæ mira contingunt, omnia scriptoribus non innotescant, & nationes demum multæ fuerint, & hodie sint, quibus litteræ omnino curæ non sunt.

Argu-

*Argumenta ad probandum ieiunium multorum dierum esse naturale.**Cap. V I.*

SED quoniam prompta est obiectio, hæc minime credenda, tamquam naturæ modum, ac leges egredientia; ut res planior fiat, exponam, quomodo aliquis posset docere, & persuadere (quamuis falsum hoc sit, ut deinceps explicabitur) illa esse naturaliter facta. scilicet, Dei providentia, qua mundus regitur, sæpe efficit, ut stasis locis, atque temporibus alias fiant, quæ verè miracula sunt, quæ naturæ superant vires, ut mortuos ad vitam reuocare, & morbos solo verbo, nutuq; solvere; alias verò quæ ob raritatem, atque difficultatem, mira quidem videntur, sed naturæ limites non egrediuntur. cuius rei exemplum sumi potest à re huic, de qua differitur, planè contraria. Nam Regi ^a Maximiliano comitia ^b Augustæ agenti oblatus est immanis homo, & crassitudinis, & voracitatis, cui non satis erat crudum vitulum, aut incoctam ouem vna esca deuorare. Quod etsi admirabile Visum est, fecit tamen, ut alterum minus mirandum videretur, scilicet ^c Milonem Crotoniatam taurum quadrimum semel vno die vorasse, qui alias dictus est vna cana carnis libras viginti, & panis totidem comedisse, ternosq; vini congios eadem haussisse. Maximinus ^d Imper. vno die sæpe vini amphoram vocatam Capitolinam bibisse fertur, & carnis comedisse libras quadraginta, alias sexaginta; quæ propter absurdam ingluuiem, & raritatem monstra esse nemo non dixerit. habent tamen causam satis manifestam, primum naturam idoneam, deinde vehementes labores, & fatigationem, postremò consuetudinem. Milo athleta, Maximinus miles robustissimus, qui duos & tres sudoris sui inter laborandum vasculo excepti, sextarios ostendebat: sed sunt etiam

^a A. D.
1511.
^b R. Pontanus & Surlus in Chron.
^c Athenæus lib. 10.

^d Iulius Capitolinus in Maximino.

Edacitatis
caussa.

a lib. 3. fen.
13. tract. 2.
c. 7. & 12.

nostra ætate viri & fæminæ sola consuetudine & natura sine laboribus, vna cæna tantum cibi, potusq; absumentes, quantum aliquis decem, aut pluribus non absumpserit. illum, qui vitulum Augustæ comedebat, nonnulli tantæ edacitatis esse existimarunt, quòd in Borealibus locis natus esset; verum cum alij earundem regionum incolæ eius edacitatis non sint, quæ huic comparari debeat; id non loco, sed consuetudini acceptum re tulerim: quod à medicis vocatur βούλιμος: proficisci quidem à frigore nimio concedam, vt medicinæ auctores scripsisse reperiuntur, sed non eo modo, ut, qui locus frigidis nascuntur, ei morbo magis obnoxij futuri sint: quoniam huic opinioni euentus non respondet: sed frigus insuetum, & immodicum hoc aliquando efficit, cuiusmodi exemplum narrat auctor optimus Xenoph. lib. 4. de Græcorum ascensu. ait enim ex Græcis militibus per niuem iter facientibus, aliquot grandi fame concidisse, cibo autem, aut potu sumpto resectos surrexisse, & ambulasse. Sic a Auicenna quoque inter causas uehementioris appetentiæ, & magnæ famis, itinera memorauit per niues, & frigidas regiones. Non est igitur loco edacitas tribuenda, sed potius consuetudini: quam mihi sententiam ratio primum persuasit, usus uerò deinde confirmauit: nam magnæ edacitatis uirum, & hunc quidem doctrinæ, morum, & religionis laude præstantem; cum in hunc affectum inani imbecillitatis opinione, breue ieiunium secutæ, incidisset; contraria consuetudine ex decennali morbo ad pristinam reuocauimus ualitudinem: ita ut iam mediocri contentus cibo, absque ulla difficultate, & abstineat, & ieiunia diligenter obseruet: sed redeo unde huc diueri. Cum igitur natura, & consuetudine fieri absurdam ingluuiem, & prodigiosam edacitatem uideamus: ita (dicet aliquis) partim natura, partim usu, & consuetudine fieri est existimandum, ut nonnulli admirabiliter continentes euadant, & absque dolo, & fallacijs diu cibo, potuq; omni abstinere possint, & uiuere: sunt qui ne
unum

unum quidem diem ieiunia seruare audent, sed tamē unum vel alterum diem sine cibo, potuq; transigere nullam habere videtur admirationem: nec miramur quod libro Hester legatur, viros quosdam, & feminas triduo integro nec cibum sumpsisse nec potum. Hippocrates (seu quisquis est) libro de flatibus inquit, si homo neque cibumumat, neque potum, potest tamen dies duos, vel tres, & plures ducere. & libro de carnibus, vitam hominum septem esse dierum hoc argumento comprobauit, quod vsq; ad septimum diem nonnulli peruenerint nec cibo, nec potu vlllo refectioni: quorum tamen pleriq; moriuntur. Immo nonnullos etiam ultra septimum diem viuere affirmauit, qui tamen & ipsi moriuntur: quod accidisse cuidam melancholico viro mihi noto à testibus fide dignis audiui: vixit enim dies tredecim nullo omnino cibo & potu sumpto. Propterea Celsus recte in curatione quartanæ hæc tradidit: minus etiam curatio probari Heraclidis Tarentini debet: qui primis diebus ducendam aluum, deinde abstinendum vsque in septimum diem dixit. Quod vt sustinere aliquis possit: tamen etiam febre liberatus, vix refectioni valebit. sed ad rem. Nostræ religionis viri feruntur multi Monachi, & Heremitæ, qui diu vixerunt, cum semel tantum in hebdomade cibum, eumq; leuissimum caperent. Itaque vt in alijs rebus cerne-
re est, naturam humanam in aliquo suam omnem vim exercere, atque profunderere; quamobrem ille cæteros omnes longo superet interuallo; sic enim unum condidit Homerum fontem (vt inquit ille) ingeniorum, unum Hippocratem medicinæ parentem, unum Alexandrum, qui dextra rerum dominum constituerit, & in alijs similiter unum, vel certe paucissimos, qui tantum reliquos anteirent, constituit; ita etiam videtur aliquot certe paucos procreasse, qui continentia fastigium attingentes, magnum dierum numerum sine omni cibo, atque potu degere potuerunt: cumq; obijcitur, inedia post diem septimum, aut ad summum post vndecimum naturaliter letalem esse, quærunt quoi

Inedia ultra diē vndecimū an naturalis.

a lib. 11. c.
54.

Natura ut
accipiat.

a lib. 11. c.
54.

b Corne-
lius Gēma.
lib. 1. c. 6. de
nature diui-
nis chara-
cteris.

Inedia fe-
rendē cau-
sa morbus
nonnunquā
est.

c lib. 7. c. 18

Experimen-
ta.

quod nam Deus arcanum hoc aperuerit: letalem esse in ple-
risque, fatendum, immo & septimo letalis est, sumitur ta-
men, aliquos potuisse ad undecimum peruenire. immo le-
gimus hæc apud ^a Plinium. Homini non utique septimo
letalis inedia. Durasse & ultra undecimum plerisque cer-
tum est: qui igitur hanc vitæ humanæ mensuram esse
statuit, ut undecim dies ieiunando naturaliter præteriri
non possint, quo usus doctore hoc didicit? non est enim ne-
gandum omnino, esse aliquid naturale, quoniam raro eue-
niat: nam accipitur natura in hac disputatione, non ut ac-
cipi ab Aristotele solet, qui negat naturale illud esse, quod
raro fit; sed communius. Quicquid enim natura suis viri-
bus vel integris, vel mutilis facit, etsi ob raritatem miracu-
lum videtur, naturale dici potest: sic enim morbi quoque,
licet naturam oppugnent, accedere natura dicuntur: sic
enim scriptum est à ^a Plinio: Hominem vnum mori auidi-
tate inexplibili semper edendi, quasi hoc sit naturale, etsi
raro contingit. Cuius rei recens narratum exemplum est:
feminam ^b grandævam tanta ingluvie, ut ne momentum
quidem degeret, quo cibum, potumve non assumeret,
quod si modicum se continuisset, anxia exiliebat, & sibi la-
queum veluti ad strangulandum iniici sentiebat: quod
monstrum quidem erat, nihilominus tamen naturale erat,
quæ illud faciebat natura eius: quam prava à teneris con-
suetudo corruerat. Accidit vero etiam in morbo, ut ali-
quis ieiunium sic exerceat, ut sanitate deinde restituta,
possit præter communem hominum morem ieiunium ser-
uare, quod videtur illi puellæ accidisse, cuius historia an-
te narrata est, ex pago Roedr, quæ anno aridissimo nunquam
bibit. & est auctor ^c Plinius, equitem Romanum, ut aquam
inter cutem euaderet, adeo siti ferendæ assueuisse, ut in se-
necta potu caruerit. Narrant quoque pueros quosdam in
spelunca latuisse à Decij temporibus, usque ad Theodosium,
quem illi sunt allocuti, tunc primum experge facti: & sunt
animalia, quæ hyemem transigunt nullo cibi potusve argu-
mento,

mento, vt Vrsi, Glyres, serpentes, & alia: Plantæ quoque nonnullæ e terra vulsæ, & in aere suspensæ sibi ipsis satis sunt, nullo extrinseco alimento, ad germinandum etiam, floresq; emittendos, vt Scilla, & Aloes quibus videtur ostendi, non esse alienum ab hominum natura longi temporis ieiunium: illorum scilicet hominum, quibus calor sit modicus, & humoris pituitosi & crassi copias, quo humore calor sic occupetur, vt humorē nequeat natium exhaustire, a quo etiam humore crasso natius ipse humor instauratur, atque os ventriculi stupefit, quamobrem appetitus necessario definit: hanc enim esse, rationem existimant, qua non dies, & menses, sed & annos in fame & siti nonnullos posse durare, à quibusdam creditum est. Hæc igitur videntur afferri posse, ad ostendendum, eam opinionem; quod ieiunium non dierum multorum tantum, sed annorum quoque sit naturale; non esse contemnendam.

Longū ieiunium quibus facile.

Ieiunium quadraginta dierum non est naturale.

Cap. V I I.



V AE tamen opinio falsa est, & penitus explodenda: nam grauissimorum virorum auctoritate persuasum nobis est, ieiunia tam longa vel miraculo, & diuina ope, vel diaboli fraude, vel humano mendacio constare, non natura. De ijs, quæ sacræ litteræ testantur quid sentiendum sit, viri pietate, & doctrina illustres satis docuerunt. Mosem & Heliam S. Chrysostomus^a scripsit, Dei potentia sustentatos ieiunasse: & S. Augustinus^b Mosem, diuini sermonis consortio fultum, tam longam inedia sine esurie sustinere potuisse. Iesus autem (inquit^c S. Anselmus) intus habebat, quod sustentabat, videlicet diuinitatem. Quod si quis alius ieiunium huiusmodi imitatus reperitur, hunc etiam assero diuino adiutum præsidio, non

^a Homilia 13. in Mattheum c. 4.
^b lib 1. de mirabilibus fieri scripturæ.
^c in encirrationi. c. 4. Matthei.

proprijs

d lib. de
promiss. &
predict. di-
midium
temporis.
c. 5.
c. A. D. 430.

A. D. 1511.
R. Potanus
Jacob. spie-
gellus.

proprijs & naturæ viribus fultum, hanc felicitatem adeptum esse. Diaboli vero fraude factum est illud, quod à S. Prospero à Aquitanico narratum est, qui sua ætate Carthaginæ puellam, scripsit, natione Arabem, diabolo obsessam, dies duos ultra octoginta ieiunasse: quæ tamen diceret, media nocte quandam sibi auem apparere, & nescio quid in os instillare. Eam uero denique fuisse liberatam sumpta corporis Dominici particula, & calice salutari epoto. Simili quoque fraude accidisse suspicor illi viro, quem Magnus Albertus cognouit: etenim cum dictus sit, fuisse melancholicus, quod genus hominum ijs simile est, quos finit Deus, à diabolo obsideri; qui sic obsidebatur, pro melancholico haberi facile potuit. Dolo autem humano, atque mendacio illud constabat, quod de Antonio Picente Alphonfi Regis tempore scripsit Antonius Panormita. ille enim impostor quadraginta dies, noctesq; ieiunare credebatur, & cum angelis uersari, quamobrem in Italia, Sicilia, & Hispania celebris erat de illius sanctitate & abstinentia opinio: sed cognitum tandem est, dolo factum illud esse. cui simile exemplum Romæ uisum sub Nicolao Pontifice, ab Aenea Syluio narratum est: tale quoque est, quod de femina quadam nomine Anna traditum est, quæ Augustæ Vindellicorum habitabat, & uirgo habebatur, etsi iam maior esset quadragenaria. Ea igitur neque edere, neque bibere, neque egerere, neque dormire credebatur, sed pijs meditationibus Christi gratia sustineri. Verum deprehensa est demum meretrix esse fallacissima: quæ eiusmodi præstigijs Cæsari, ac ditissimis quibusq; imponeret. Itaque proscripta est, & Friburgi Vocontiorum publico iudicio damnata, & aquis tandem submersa. quod genus imposturæ ille forsan Anabaptista exercuit, qui ante dictus est nouemdecim dies omni cibo, & potu se continuisse: licet enim minus hoc incredibile uideatur, quam alia quædam, quæ feruntur, ipsum tamen, ob gentis perfidiam, crimine non uacare arbitrarer: etenim constat, fuisse etiam ex illa homi-

hominum colluue, qui se posse mortuos suscitare simula-
uerint. quam tamen laudem, dolis detectis, consecuti non
sunt: itaque in his, quæ proposita, & enarrata exempla
sunt, disquiri primum oportuit in re præsentī diligenter,
vtrum mendacium subesset; qua diligentia non adhibita,
suspectæ narrationes redduntur: quoniam, vbi fuit adhi-
bita, nonnunquam fraus comperta est. deinde vero, si men-
dacium non adsit; & naturæ limites transgredi res a peritis
viris iudicabitur; diuina ope fiat, an fraude diabolica, san-
ctiori iudicio distinguendum relinquetur.

Quod de puella dictum est, quæ in pago Roedæ ex mor-
bo eo deuenit, vt annum, & illum quidem aridissimum sine
potu vixerit, & duodecim quoque dies absque cibo, & po-
tu transegerit, non adeo, sicuti cætera, alienum est: nam
sine potu viuere hominem posse; si quis non credat, a Plin-
nio, Iulium Viatorem equitem Romanum potu diutissime
caruisse; & Raphaeli Volaterrano, cuius sunt illa verba: vi-
uit etiam Romæ nunc mihi, notissimus, qui plures in anno
impotus omnino transigit dies; si quis, inquam, hæc dubia
esse veretur; hoc saltem discat Galli exemplo nobilis, qui
nunc Romæ apud Pontificem Gallia Regis oratorem agit,
quem suo arbitrato menses, & annos sine omni potu dege-
re in confesso est; vt nihil dicam de animalibus, quæ natura
nunquam bibunt. De inedia vero puellæ eiusdem dici po-
test, sæpe accidere, vt ægri minimo, & extra fidem exiguo
cibo, atque potu sustineantur: non quod aer illos nutriat;
hoc enim fieri non posse, ante satis ostensum est; sed vel ob
caloris infirmitatem, vel humoris: tum abundantiam, tum
crassitudinem, vel ob ventriculi stuporem, vel omnibus di-
ctis conspirantibus; quod fieri potest, quod si etiam longa
ægritudo fuerit, accidet, vt cibum vasa capientia paulla-
tim concidere sine periculo assuescant: adeo vt aliquot
etiam dies in fame, ac siti viuere possint: quod huic puellæ
puto euenisse, quæ diu nauseam passa inanitati ferendæ sto-
machum assuefecit: quod locum habere in illo quoque po-
test

A.D. 1558.
Alanus Co-
pus dialo-
go 6. c. 29.

a lib. 7. c.
18.

A.D. 1585.

.871. Q. A. rest melancholico, quem Albertus memorauit, qui ob ven-
 .671. Q. A. tricoli morbum (Nam hanc in melancholicis partem labo-
 rare, Methodici opinati sunt, nec de tertio melancholiæ
 genere Galenus recusat) potuit solo aquæ haustu totum
 illud tempus (vt mittamus alterum, quod de eodem homi-
 ne ante diximus) transigere. cum verò ex veteribus aliqui,
 vt ante dictum est, testati sint, plures durasse vltra vndeci-
 mum diem: propterea minus mirandum videtur, quod Vo-
 laterranus scribit de aduena Romam profecto, qui die
 octauo cibum petijt. Hippocrates autem, vt dictum est,
 septem dies hominum vitæ adiudicauit: & viri religiosi
 multi suis ieiunijs hoc comprobarunt, quemadmodum va-
 rios apud auctores antiquos, atque recentes videre licet:
 Vnum ego, quod recentissimum est non prætermittam.
 a A.D. Tibure^a biennio ante quam hæc scriberem, fossor qui-
 1583. dam dum in subterraneo aquæductu foderet, repentino
 .871. Q. A. terræ hiatu, quem copia imbrium effecerat, ruente terra,
 viuens sepultus est: sed tantus in eo fuit animi vigor, vt die
 nocteq; (etsi neque diem, neque noctem dignoscere pos-
 set) manibus, pedibus, capite, dorsoq; nitens, circumia-
 centem terram, qua sepeliebatur, excauauerit, & veluti
 cuniculum effoderit: quamobrem, talpæ instar gradens, in
 aquæductus partem, vltra ruinam, deniq; penetrauerit: cu-
 ius fornix aquæductus ob pluuias immoderatas perfractus
 conciderat, & hiatu, ruinamq; illam excitauerat: inde vero
 septimo tandem die, interim cibo nullo, potuq; sumpto, in-
 columis (extremis dumtaxat digitis attritis) emerferit: a
 b A.D. 400. quo non est illud absimile, quod narrat S. Paulinus^b episto-
 la ad Mararium, senem videlicet quædam in naui relictum,
 quam reliqui omnes ob tempestatem deseruerat, sex dies,
 atque noctes ieiunium exegisse: quamquam alia in eadem
 epistola dicuntur, quæ doceant, illi seni multa illo tempore
 Dei beneficentia non vulgari contigisse: vt demum conclu-
 dere possimus, in ediam intra diem septimum multis inno-
 cuam, atque nonnullis etiam salutarem esse, vltra vero vsq;
 ad de-

ad decimum, vel duodecimum diem, rarissimos sine periculo ferre: ulterius vero non absque miraculo, vel diaboli fraude posse sustineri. Neque sibi fingere aliquis debet, esse quasdam excellentes hominum naturas, qui cæteris magnopere antecellunt, Homeri exemplo, Hippocratis, Alexandri, & similium: nam ut hoc non negatur, ita illud asseritur, fuisse nihilominus alios, qui, cum principem locum in eisdem rerum generibus consequi non potuerint, ad illum tamen proxime accessere: non restinxit Homerus studia Sophoclis, aut Pindari, aut aliorum poetarum: nec Hippocrates deterruit à studio medicinæ Praxagoram, vel Dioclem, vel Erasistratum, vel alios complures: nec Alexandri felicitas locum abstulit gloriæ Scipionis, vel Annibalis, vel Cæsaris, vel aliorum, quos multos bellica laude constat fuisse clarissimos. quod & in alijs studijs licet videre. At qui ieiunando ad diem quadragesimum proxime accesserint, veluti ad trigessimum quintum, vel trigessimum, immo vigesimum quintum, aut etiam uigesimum, nulli traduntur, aut hodie sunt, ut quasi ex quibusdam gradibus infimis, natura ad summa fastigia ascensum paret, & per eosdem à summo descendat, quemadmodum in humanis studijs uidemus, quæ certis temporum spacijs florere, & uicissim languescere cernuntur. Sed neque argumentum ab edacitate sumptum uim aliquam habere existimandum est: nam ratio edacitatis, & inedia dissimillima est: etenim cibus ad uitam est maxime necessarius, illique tantam adiunxit natura iucunditatem, ut nisi ratio modum adhibeat, prompte admodum ruamus in intemperantiam: at per inediam mors accersitur. Itaque si edaces uiuunt, non sequitur, ut uiuere etiam possint, qui neque comedunt, neque bibunt: sed contra, ut hi moriantur necessarium est. Item si absque cibo nemo uiuit, non sequitur, & edaces uiuere non posse: sed possunt, quia contrarias causas, & contraria principia effectus contrarij consequuntur. Si subtilius obijcias; si alterum natura potest contrariorum, ergo & alterum potest; fatebor, posse.

at seruata contrarietatis ratione, ut causæ contrariæ contrarios effectus producant; uiuunt edacissimi sane: sed ideo uiuunt, quia cum eo, quod nimium est, inest etiam illud mediocre, quod ad uitam sustinendam necessarium est; qui nunquam comedunt, si sint, hos demum mori necesse est, quia necessarium alimentum est: illud difficultate carere potest: sunt edacissimi, & edacitatis causæ misere uiuunt, ergo feliciter uiuent continentissimi, non qui nunquam comedunt, sed qui semper moderate, & temperanter hoc faciunt. Neque negamus esse naturale, quod paucis euenit; quoniam monstra quoque à natura esse aliquo modo dici possunt: sumere autem argumentum à brutis, quæ hieme condita, & somno dedita cibum, potumve interea nullum accipiunt; & à plantarum quarundam natura, quæ diu uitæ munera exercent nullo extrinsecus alimento accedente; ridiculum uidetur: quoniam simili argumento probari posset, hominem uolare, sunt enim, quæ uolatu animalia feruntur; posse diu sub aquis uiuere, sunt enim quæ sub aquis perpetuo uiuunt; & huiusmodi, quæ absone, & à ratione penitus abhorrentia existimantur: ut nihil de ipsis plantis dicamus, quæ longe maxime ab humana constitutione, naturaq; distant. De quibus tamen admonendi sumus: nihil omnino Scyllæ, & Aloe extrinsecus aduenire, quo nutriantur; ne quis credat, aerem illis alimentum esse; sed habent in seipsis, unde noua germina nutriantur. Scyllæ germen exterioris succo tunicæ alitur, cui tunicæ demum ea de causâ proxima succedit, quæ succedentē similiter germinationē nutriat: cū interim tunica illa exterior arēfiat. Aloes vero frondes externæ nouis germinibus alimoniam præbent: ipse vero exhaustæ deficiunt, & succedētib; locū relinquūt, à quibus succedētia similiter germina nutriantur. Idemq; cepa facere potuisset, quæ pariter reposita germinat, & tunicis multis vestitur, ut Scylla; sed cito corrumpitur: quoniam neque aspera est, ut Scylla, neq; amara ut Aloe. Quod postremo caloris imbecillitas natiui

Scylla &
Aloe reposita
quo nutriantur.

ad ieiun-

ad ieiunium ferendū conducatur, concedo: nam Hippocratis auctoritate id confirmatur. 1.aph. 13. & 14. quod similiter humoris copia ad idem conferat, non nego, cum eiusdem Hippocratis testimoniū adsit. 7.aph. 61. quod pituita idem efficiat, idem est auctor libro de victu acutorum morbo. 2. nam inquit, inediam insolitam facilius ferunt plerunque, quibus in superioribus pituita continetur, quapropter etiam semel die præter morem cibum capere facilius hi patientur. Concedamus quoque doctorum hominum auctoritati, stuporem ventriculi ad longam famem, & sitim ferendam prodesse. Sed hæc non nisi de breui tempore accipiuntur. Non autem quo dies multos, atque menses, ut dicta animalia, & plantæ, sine omni cibo ducere valeant. Alioqui Serpentes, Glyres, Muresq; dicti, Plantæ similiter, & alia, quæ dicta sunt, hoc habent sic à natura, ut idem omnibus sui generis commune sit. At hominibus non solum paucissimis accidit, ut diutius se continere in fame, sitiq; sine periculo possint, sed & illis non semper, ut dictis plantis; quæ quocunque tempore suspensæ asseruantur; nec statis tēporibus, ut dictis animalibus, quæ hyeme latent sepulta somno, reliquo vero tempore apparēt escam quæsitura; sed illorum arbitratu, quando scilicet, & quādiu volunt, inediam tolerant: quod fraudis, ac mēdacij argumentū est: ijs exceptis, quibus Diuinum numen adspirat. Scribunt quidem Timonis matrem quotannis in spelunca, ferarū more, statō tēpore, duos mēses in omnimoda inedia latere solitā: verum, ut testis, ita & exēpli vnius dubia est fides, præsertim Græcorum, totq; peractis iam seculis. Sed vereor, ne infanire quibusdam videar, dum hæc curiose nimis persequor, quæ nullam habere dubitationem vidētur. Hactenus igitur dixi, ut ostenderem, ieiunium ultra diem septimum, vel ad summum decimum, vel duodecimum, omnino letale esse: nec posse ferri absq; peculiari Dei beneficentia, vel fraude hostis humanæ naturæ sempiterni: quod enim humanis doli, vel præstigijs constat, ne dici quidem ieiunium meretur.

Quæ

Conclusio.

*Quæ ad famem, sitimq; longo tempore sustinen-
dam iuuant. Cap. VIII.*



VM autem hoc etiam inter hominum commen-
ta nonnulli memorare soliti sint; esse videlicet
rerum quædam genera, quæ gustu perexiguo
diutissime in fame, & siti hominem sustinent:
hoc loco non iniuria de re hac aliquis quæret.
de qua pauca, quæ habeo, paucis exponam: nihil autem
de ijs dicam, quos pie credimus, sumpto Domini sanctis-
simo corpore, pluribus diebus, nulla alia esca, potioneq;
sumpta, famem, atque sitim sustinuisse: sed sunt, qui scri-
pserunt, a butyrum, hippacem, & glycyrrhizon gustu
exiguo famem, sitimq; sedare. Et in Creta herbam esse
alij^b dixerunt, quæ morsu famem diuturnam prohibet, &
ἄλμος Græce vocatur. ^c Theophrastus dixit, in Scythia
circa Meotin radicem vocari Scythicen, quam ore haben-
tes sitim non sentiunt. Eaq; & hippace Scythas in vnde-
nos dies, & duodenos durare in fame, atque siti. ^d Plinius
de Scylla inquit, linguæ recens subiecta præstat ne hydro-
pici sitim sentiant: traditum ^e est etiam, Britannos olim
cibum quendam parare solitos, qui, fabæ magnitudine sum-
ptus, hominem à fame, & siti diu defenderet. Indos etiam
occiduos ^f narrant in nouo orbe triduum, & quatrimum,
per desertæ loca iter facientes, viuere, pilulam ore haben-
tes perexiguam ex cuiusdam conchylij puluere, & Tabaci
folijs effictam; qua liquata subinde aliam, atque inde aliam
substituunt; nullo præterea cibo, potuq;. Hæc igitur ferun-
tur quæ, multos habentia testes, & non magnam admira-
tionem, negari facile non debent. non est autem incredi-
bile, aliquem in fame, atque siti triduum, aut quatrimum
nullo quoque externo auxilio, ducere. famis tamen, sitisq;
molestiam sedari illarum vsu rerum, quas dixi, experimen-
tis credendum est, & rationem quoque habere videtur
mani-

a Plin. lib.
11. c. 54.

b Solinus
cap. 17.

c lib. 9. de
plantis.

d lib. 20. c.
9.

e Xiphilin.
ex Dione
in Seuero.

f Nicolaus
Monardes
in hist. sim-
pl. medica.
ex nouo or-
be.

manifestam: etenim hæc retenta ore succum ex internis corporis partibus ad os trahunt, qui succus deinde absorptus subit speciem cibi, & potus, instar ruminationis. qua imagine ventriculus quasi decipitur, & desinit esse molestus. Si quis vero existimat, hac ratione posse quemquam decem dies, vel plures vivere; hoc ille, me auctore, non experietur. neque quod de Scythis dictum est, accipi debet, ut à Plinio acceptum est, qui ex Theophrasto credidit, Hippacen plantam esse sicuti Scythicen, & utramq; remedio esse aduersus famem, & sitim. sed Theophrastus tantum dixit, Scythicen (vel ea sit Glycyrrhiza vulgaris, vel alia) sitim sedare, eaque & Hippace Scythas duodenos dies vivere. Hippacen vero plantam esse nec negauit, nec affirmavit. Constat autem ex ^a Hippocrate, caseum equinum, quo Scythæ circa Mæotim habitantes vescebantur, Hippacen vocatum. ut intelligamus ex Theophrasti narratione, Scythas comedere Hippacen consueuisse, cumq; potu interim abstinere (incertum, volentes, an inuiti) radice Scythice retenta ore sitis molestiam euadere solitos esse. De sola enim siti Theophrastus locutus est: quo pacto res admiratione caret. Erasistratus nobilis medicus aliam contra famem Scytharum machinam exposuit, apud quem libro *διαγρέσεων*, A. Gellio ^b referente, narratio hæc extabat. Soliti autem sunt Scythæ: cum aliquam ob causam coguntur cibo abstinere: latis fascijs ventrem constringere, veluti hac ratione minus à fame perturbentur. *εἰδοσμένοι δὲ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι, ὅταν δὲ τίνα καμὸν ἀναγκάζονται ἀπιτεῖν, ζώνας πλατέας πλεῖν κοιλίαν διασφίγγειν, ὥς τῆς πείνης αὐτοὺς ἢ τὸν ἐνοχλοῦσης.* (affero libens verba eius Græca, quæ in A. Gellio leguntur, ad leniendum desiderium tot amissorum voluminum scriptoris, non minus affinitate Aristotelis, quam ob Antiochum seruatum, nobilitati) huius autem rei causam existimabat hanc esse. quando plenus stomachus est, quia inanitas in eo nulla est, idcirco non esuriunt. quando vero vehementer conuiuet, inanitatem non habet, ὅταν, inquit, πλήρης ἡ κοιλία ἢ δὲ

Plinij locus notatur
lib. 25. c. 3.

a lib. de
aere aq. &
loc. & lib.
de morb. 4.

b lib. 16. c.

ἢ, δὲ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι, δὲ τὸ οὐ πεινῶσιν. ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπνικῆται ἢ, κένωμα οὐκ εἶναι. Itaq; cum illos, inedia volentes plurimam passos, fames primum sequatur, deinde vero dimittat; hoc idcirco fieri putabat, quoniam stomachus ex longa inedia concideret, & conuiueret. sunt enim eiusdem verba, ἐλογίζομαι οὐκ ὡς δὲ τὸ ἐν ἰσχυρὸν συμπεπνικῆται τῆς κοιλίας. εἶναι τὸ σφόδρα ἀστίαν. καὶ γὰρ τοῖς ὁππότεον ἀστίαν καὶ περὶ αἵματι ἐν τοῖς περὶ τοῖς χρόνοις ἢ πάντα ὡς ἀκολουθεῖ. ὕστερον δὲ οὐκ εἶναι. igitur stomachi contractio, fasciarum ope, famis remedium est: sed non illius (mea opinione) quæ multis diebus ferri possit: quoniam cibus ita liberat ab inanitate ventriculū, ut intumescere ipsum faciat, quem admodum naturalis alendi ratio postulat, quæ in adiectione nouæ materiæ consistit: at contractio, quæ dicta est, e contrario detumescere eundem facit: hoc vero est naturali stomachi officio contrarium: itaque non potest diu ferri sine periculo. Si verum esset, quod de gente Astomorum aliqui scripserunt, solo radicū, florum, fructuumve odore uiuentium; non tamen esset magis imitandum, quam sint cicadæ^a imitandæ, & Chamæleontes, quibus nullum extrinsecus alimentum accedere creditur. illud magis probandum, quod ferunt, triduum uixisse solo panis odore^b Democritum, siue mellis, ut alij dixerunt: est enim medicorum experimētis manifestum, spiritus languentes odoribus modico tempore recreari. sed de his hæcenus.

^a Aristot. lib. 4. de partib. animal. Plin. lib. 8. c. 53.

^b Diogenes Laërt. in Democrito. Athenæus lib. 2.

Admonitio. Cap. I X

Longior inedia inutilis.



HIS autem sic disputatis de tempore, quod longissimum sine cibo, & potu potest homo traducere. scire licet, hoc non esse, quod ab eo spectandum est, qui bonæ valetudini dare operam velit: nam longiorem inedia virium infirmitas sequitur morbis obnoxia, macies, & aliquando mors. Nec est ea continentia, de qua initio verba faciebam, quæ medio-

mediocritas quædam est, vel in quadam mediocritate consistit, ex qua temperantiæ virtus nasci potest: sed hæc tam longa continentia ex habitu quodam est, qui temperantiam magnopere antecellit, & heroicum, vel diuinum potius quiddam in se continet. quod si heroica in aliquo virtus existit, illa profecto in his fuisse reperietur, qui longissima hæc, de quibus dixi, ieiunia ferre potuerunt. etenim humanas hi voluptates, & delitias despectui habentes, & sublimibus ac diuinis intenti rebus, aliquid humanitate præstantius sibi inesse præferebant. de his igitur satis.

Salubrius esse sæpe, quam semel die comedere.

Cap. X.

Considerandum iam est, qui modus, quæve ratio in assumendo cibo, arque potu, iuxta communem hominum morem, valetudinis causa, adhibenda sit. Cum igitur sit necessarium alimentum, ut ante dixi, sitq; etiam labor plerisq; necessarius, propterea frequens plerisq; refectio pariter necessaria est: nam si labor, & ^a fames conueniant, hominem facile perdent: quia vero maximam vim esse in consuetudine certum est; cum à teneris assueuerimus crebris refectibus, ideo, qui quoq; laboribus non exhauriuntur, epulis egent frequentibus, nisi paulatim contraria ratione assuescant: propterea non multorum solum dierum, sed vnius etiam inedia plerisq; potest obesse. Hinc, veluti ex causa necessaria, orta est vulgaris consuetudo cibum eodem die sæpe capiendi. quæ res, si modus adhibeatur, utilior est, quam semel die tantum refici. Sumendum est enim, quod amat natura vbertatem, & luxu gaudet. cælo clementi, & temperate humido rerum omnium fit prouentus vberimus, & lætissimus: in ariditate vero squalor summus, & inopia; præstat igitur abundare, ut etiam propensi ad copiam na-

^a Hippo. 2.
aph. 16.

E

turali-

turaliter sumus, vt initio quoque dicebam. Itaque necesse est, vel multum, & raro, vel parum, & sæpe nutriri: nam si multum & sæpe nutriaris, te copia obruet; si parum, & raro, te ipsum exhauries. Si vero multum cibi raro acceperis, solet hoc oneri esse, & modo torporem, & somnolentiam, modo vigilias, & anxietatem inducere, & ad res gerendas ineptum hominem reddere: atque cum egeat is, qui cibo onustus est, longa quiete; donec scilicet magna oneris pars cōcoctione ablata sit; si sibi vim inferre cogatur, ita vt cibo adhuc distentus labores subire debeat; quod plurimis necessario euenit; morbos paratos inueniet. Ad hæc, cum cibus multus est, & longo eget ad concoquendum, & distribuendum tempore, diu intra corpus detentus, vt carnes appensæ non conditæ sale, marcescit, deteriusq; putrescit, quam proba concoctio requirat. Itaq; demum vel malum habitum inducet, vel insanabile aliud morbi genus excitabit. Contra vero si modice, & sæpe cibum capies, idem robur virium perpetuo quodam tenore seruabis, suauius dormies, facilius vigiliam, cum opus fuerit, patieris, consuetos labores facillime feres, & insuetos tutius subibis, & pericula longius aberunt, bonusq; corporis habitus, quantum natura feret, nunquam non aderit: cuius rei fidem ab experimentis sumere promptissimum est.

Antiqui sæpe die eodem comedebant.

Cap. X I.



Equè obijciat mihi quisquam antiquorum consuetudinem, qui, semel die tantum cibum capere soliti esse dicuntur: nam si hoc vere dicitur, necesse est, vel omnes, vel plerosq; vel paucos illam semel die comedendi consuetudinem seruasse. Si omnes, vel plerique fecissent, vera esset obiectio. Si pauci, non esset efficax argumentum ad ostendendum,

edendum, vtilius esse semel die, quam sæpe comedere. quod
 vero plerique, aut omnes eam consuetudinem seruauerint,
 nullius vnquam gentis fuisse traditum est, nisi Persarum ve-
 rustissimo seculo ex Cyri legibus, si credimus a Xenophon-
 ti, qui scribit, fuisse quondam legitimum, vt semel die ci-
 bum Persæ caperent *πρὸς δὲ μὴν ἑὸν αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον*, Persæ.
 quo diem integrum haberent ad munerum fuctiones, & ad
 labores, ὅπως ὅλη τῇ ἡμέρᾳ ῥεῶντο πρὸς τὰς πράξεις, καὶ εἰς τὸ δα-
 πνεῖσθαι: postea vero seruatum quidem esse, ut semel die
 comederent, sed ea ratione, ut mane inciperent, & tum de-
 mum desinerent, cum tardissime, cubitum eundum esset.
νυκτὶ γὰρ μὲν, inquit, *τὸ μὴ μονοσιτεῖν ἐπὶ δαμνίᾳ, ἀρχόμενοι δὲ τῆ σίτου*
ἡνίκα περ οἱ περιτταῖα ἀριστῶντες, μέχρι τοῦτου ἐσθίωντες καὶ πίνοντες
δράχουσιν εἰς γὰρ περ οἱ ὀψιμῆτα κοιμώμενοι. quo intelligere est,
 vel fictum illud esse, ac commentum ad Cyri laudes cumu-
 landas, aut, si vere aliquando ea lex condita est; vt cibum
 semel die tantum capi liceret; quod naturæ maxime repu-
 gnans esset, seruari non potuisse. Iudæos vero prandere,
 & cænare solitos constat: nam qui ieiunabant, vesperi a tan-
 tum comedebant (nisi quis nocte quoque ieiunasset) quod
 argumento est, illos, qui non ieiunabant, ante uesperum
 comedere consueuisse. Et quia nonnulli ita ieiunabant, ut
 neque b die, neque nocte comedere dicerentur, hoc do-
 cemur illos tum die, tum vesperi, aut nocte cibum sumere
 solitos fuisse. Sed & in ipsis sacris libris legitur, prandium
 à cæna fuisse distinctum, & intelligitur, prandium fuisse ci-
 bum, qui mane, cænam vero, qui vesperi sumebatur: nam
 Tobix c filius dicitur prandium reliquisse, mortuum ut se-
 peliret: quem cum domi suæ oculuisset, ieiunus exspe-
 ctauit solis occasum, ac tum sepulture defunctum tradidit,
 deindeq; lugens, ac tremens comedit. qua narratione do-
 cemur, prandium diu ante solis occasum sumi solitum.
 Contra vero, cum dicitur d Darius, post cænam, quam de-
 derat magnam, iuisse dormitum; docemur cænam uesper-
 tinum fuisse conuiuium. Et quamuis Darius Iudæus non
 esset,

Persæ.

li. 8. de Cyri
institutio--
ne.Iudæi.
a Iudicum
c. 20.
Reg. 2. c. 1.b Hester
cap. 4.c Tobix
cap. 2.d 3. Esdræ
cap. 3.

e lib. 2. ca-
ptiuit.

a Luc. c. 14.

b Ioan. 20.

c Ioan. 13.

esset, scriptor tamen Iudæus erat, & uerisimile est, ut suæ
mos gentis erat, locutum esse, cum id sine admonitione di-
xerit. Sed Iosephus Iudæus e auctor, Essenos (Philosopho-
rum genus Iudæorum) prandere circa meridiem, aut paul-
lo ante, cænare uero solitos uesperis, perspicue tradidit.
Cumq; illos continentia, & moderationis laude exornet;
non est, quod aliquis putet, bis die comedere uel pauco-
rum, uel incontinentium fuisse: sed illam fuisse Iudæorum
vulgatam consuetudinem existimare par est, in qua Esseni
cum laude uersabantur. Verum dubium esse non potest,
quin ea fuerit Iudæorum consuetudo, quando illa fuerunt
verba Domini: Cum a facis prandium, aut cænam &c.
cuius & illa traduntur. b Venite, & prandete. Eratq; ma-
tutinum tempus: nam ibi dicitur: Mane autem facto stetit
Iesus &c. Scriptum est quoque: Et c cæna facta, cum dia-
bolus &c. Erat autem nox, ut ibidem scriptum est. Sed de
Iudæis hæc satis.

De Græcis. Cap. XII.

d lib. 1. dip-
nos.

μονοφαγῶν

ἡμετέροις

ἡμετέροις

e lib. 1. c. 1.

f lib. 1. c. 1.

DE Græcis uero, & Romanis, etsi multa dicta
sunt à uiris doctissimis, spero tamen operam
meam, in ijs explicandis, quæ à me sunt obser-
uata, non inane, prorsus iudicatum iri: ac
primum, ne quis imperitior decipiatur, scire
oportet, quod ab a Athenæo dicitur, moris fuisse apud
ueteres, μονοφαγῶν, non esse interpretandum, semel die co-
medere, ut μονοσιτῶν, nam μονοσιτῶν, quod est semel come-
dere, nulli uitio uertebatur, criminis loco à nullo habeba-
tur: at μονοφαγῶν, quod est, solum & seorsum alijs co-
medere, reprehendi poterat, ueluti uoracitatis, uel super-
bia argumentum. Et qui auctores hoc uocabulo usi sunt,
quos citat Athenæus, in malam partem id ipsum accepisse
uidentur: legebatur enim apud Antiphanem, μονοφαγῶν
ἡμετέροις βλάπτεις ἐμὰ: Solus comedis, & me offendis. & apud
Ami.

Amipſiā, ἥπρες νόσους, μὴ φάγε. ἐνὶ χρόνῳ. deinde, quod ab eodē dicitur; moris fuiſſe apud veteres; non eſt hoc neceſſario accipiendū de communi more populorum: nam poteſt etiam accipi de priuato: plurimi enim cum ſocijs, amicis, & familiaribus comediffe reperiuntur: pauci tamen nonnulli reperti ſunt, qui ſoli comedere conſueuerunt: quorum cauſa dici potuit, fuiſſe hanc apud veteres conſuetudinem: nam translaticium eſt, quod eodem ſeculo, & loco variæ apud varios conſuetudines exiſtant. Et hoc modo etiam μὴ οὐστειν, id eſt, ſemel die comedere, dici poteſt in uſu fuiſſe; non quia hic eſſet apud omnes uſus, ſed quod, ut apud alios in uſu erat ſæpe, ita apud nonnullos in uſu erat, ſemel die cibum capere. quod etſi de Græcis nunc priuatim dicitur, poteſt tamen de Romanis, & omnibus affirmari. Alioqui non dubito Græcos pleroſq; ſæpius comedere eodem die conſueuiſſe, ut hodie quoque fieri ſolet. quam obrem factum eſt, ut vocabula varia apud illos exſtiterint, quæ diuerſum eiſdem diei definitum tempus ad cibum ſumendum indicarent: nam iam inde ab Homeri temporibus ἀπὸς, δειπνόν, & δόπρον tempore diſtincta ab Homeri interprete, & alijs Græcis, & vetuſtis auctoribus notatum eſt, ut Athenæo, & Plutarcho, quorum opiniones, verbis eorundem tranſcriptis huc afferre, mei inſtituti non eſt. Afferam ego pauca quædam, magna ex parte ab illis prætermiſſa, qui de re hæc ampliffimos, & uberrimos commentarios ediderunt. Homerus enim non reperitur feciſſe mentionem temporis ad comedendum ſtatuti, niſi matutini, & vespertini, qui ſecus ſentiunt, locos afferre debebunt, quibus hoc perſuadeant. Verum quidem eſt, tribus illū uſum eſſe nominibus, ἀπὸς, δειπνόν, & δόπρον, & quantum potui animaduertete, verci Athenæus dixit, Homerū bis uſum voce ἀπὸς; cumq; notauerit, ſemel legi in Odyſſea, illo verſu ὁ δὲ νόος, καὶ διὰ τὴν νόσον ἐταυρόν το ἀπὸς; & ſemel in Iliade, illo ſcilicet, ἐὰν μὴ πρὶν το πέναντό, καὶ ἐταυρόν το ἀπὸς, lector admonendus eſt, priorem verſiculū ex ſextodecimo eſſe Odyſſeæ,

a libro 1
dipnos.

b libro 8.
Symp. c.6.

Homerus.

c libro 1.
dipnos.

Odyssæe, posteriorem autem ex Iliadis ultimo: sed utrobique
 matutinum tempus edendi significare: nam in Iliade fingit
 Poeta, exorta aurora Deorum concilium congregatum es-
 se, & in eo deliberatum, ut Thetis filium Achillem hortare-
 tur, ad Hectoris cadaver liberandum: itaque illam, Olympo
 relicto descendisse in Achillis tentorium, ubi sodales Achil-
 lis repperit parantes prandium, καὶ ἐνταῦθα τὸ ἄριστον, matutino
 scilicet tempore, nam diei eiusdem vespere Priamus hospi-
 tio excipitur ab Achille, & inuitatur ad cœnam, dicente,
 μνηστῆρα δόρου, & a cœna itur dormitum: quibus aperte
 ostenditur, ἄριστον fuisse matutinum cibum, & δόρον, vesperti-
 num: in Odyssæa vero scriptum est, Vlysem & subulcum au-
 rora exoriente prandium parasse ἐνταῦθα τὸ ἄριστον ἅμ' ἡοῖ. Sed
 in his vnum notavi, quamobrem minus illis possum assenti-
 ri, qui Homero existimant, ἄριστον idem fuisse, quod postero-
 ribus seculis ἀκράπωμα dictum est: nam volunt ἀκράπωμα es-
 se modicum cibum mane sumptum, ut panis frustum mero
 imbutum; unde quoque nomen effictum volunt, ut sit ἀκρά-
 πωμα ὀπὸ τοῦ ἀκράτου, idest a mero; ijs, inquam, non assentior,
 quia in Iliade, ubi ἄριστον positum est, scriptum video, macta-
 tam ovem, non aliter, quam ubi eodem libro paratur cœna,
 ad quam inuitaverat Achilles Priamum. Quod vero attinet
 ad δειπνον & δόρον, etsi τὸ δειπνον lib. decimo Iliad. usurpatum
 est de cibo nocte sumpto, scilicet ab Vlyssæ, & Diomede,
 postquam per noctem, Rhæsi equis ablatis, in sua castra re-
 uersi sunt (est penultimus libri versus δειπνῶντες ἐφ' ἱστίων) ta-
 men alibi semper de cibo matutino dictum reperitur, sic
 Odyss. E; ubi, Vlysem apud subulcum edisse, narratur; in-
 quit, αὐτὰρ ἐπεὶ δειπνήσας: fuisse autem cibationem matuti-
 nam, eo docemur, quod idem postea Vlysses, cum socijs epu-
 latus dicitur, & post epulas iuisse cubitum, οἱ δὲ βῆν' ἐκὶν' ὀϊστῶ-
 νος, καὶ κρείων κεκρομένηοι, ἱεσείοντο, καὶ δ' ἄρ' ἐπ' ἡλθε. sic Odyss. O.
 aurora exorta, de Telemacho & socijs, inquit, δειπνόντων δ' ἐν-
 ταῦθα, & ante dixerat, ἅμ' ἡοῖ φαινομένηφι δειπνήσας. voca-
 uit etiam δειπνον conuiuium, quod per totum diem, usque in
 vespe-

vesperum aliquando productum est, vt Odyss. T'. αὐτόλυκος
 δ' ὕοισιν ἐκέλευε κυδαλίμοισι δεῖπνον ἐφοπλίσσαι, & paullo post
 ὥς ὅτε μὲν πρὸ πρῶτου ἡμέρας ἦν καὶ δυνῶτα δαίνυσθαι. diem totū
 conuiuantes traduxerunt: donec sol ocideret; quod dici po-
 tuit, uel quia mane inceperint, uel ante occasum solis, ho-
 rarum spacio plurium, & quod reliquum diei supererat, ac-
 cumbentes transegerint; sed quia δεῖπνον alibi matutinas
 epulas significat, hic quoque prandium interpretari possu-
 mus usque in cenæ tempus productum, & illa πρὸ πρῶτου ἡμέρας
 uidentur aptius dici de maiori dici parte, uidelicet a pran-
 dij tempore usque in uesperum, quam de solo uespertino
 tempore; etsi sumamus, illos duabus aut tribus horis ante
 solis occasum accubuisse; quamobrem ἀριστον & δεῖπνον Ho-
 mero synonyma fuisse dixerim: ac si quis locus est, ubi dictū
 ab Homero sit aliquid ei simile, quod posteriores ἀκράσιμα
 appellarunt, is est Θ'. Iliadis: ubi Græci cum Troianis præ-
 lium inituri, cibum in tentorijs celeriter sumpsisse dicun-
 tur, & deinde arma induisse: quo tamen loco non ἀριστον legi-
 tur, sed δεῖπνον, οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἔλονται, quo ex loco etiam A-
 thenæus sumpsit ἀριστον & δεῖπνον aliquādo synonyma fuisse
 πότε δέ, inquit Athenæus, καὶ συνωνυμῆν τὸ ἀριστον τῷ δεῖπνῳ. etsi
 quædam exemplaria habent μήποτε. sed negantem particu-
 lam μὴ esse delendam, versus, ex Homero quem citat, aper-
 te docet: Homerus enim de cibo matutino loquitur, & δεῖ-
 πνον vocat, quem alibi ἀριστον dixit: ipsa uero narrationis se-
 ries ostendit, matutinum fuisse cibum, nam postea initum
 prælium est, quod nox diremit, quare deinceps Hector hor-
 tatur ad cenam milites, inquit, πειθόμεθα νυκτὶ μελαίνῃ, δόρ-
 πατ' ἐφοπλίσσόμεθα. vt tam ἀριστον, quā δεῖπνον Homero idē fue-
 rit, quod nobis est prandium, cibus uidelicet, qui ante meri-
 diem sumi solet hora sæpius eadem: quam tamē, ob aliquod
 commodum, mutare vt nunc licet, sic & olim licuisse, existi-
 mo: itaque Vlysses Odyssæ decimosexto, magnam contra
 procos prouinciam aggressurus, quo loco dabatur (scilicet
 apud Eumæum subulcum) summo mane pransus dicitur, vt

ante

Didymus
necatur.

ante notauit. Noui equidem, Didymum ad secundum librū
Odyssæ existimasse, ἀριστον de cibo dictum esse, summo
mane, tenebris adhuc manentibus (ἐν σκοτίαις εὐσας) assum-
pto; sed liceat nobis, rem ipsam sequi, non auctorem; ne-
que enim ille potuit ex Odyssæ II. hoc affirmare, vbi scri-
ptum est, ἐστὺν ὁ ἄριστος, parabant prandium: nam etsi sum-
mo id mane factum intelligere est; quia simul cum aurora
factum, ἀμ' ἡοῖ, Homerus cecinit; tamen non est idem para-
re, atque assumere: illi vero, Vlysses, scilicet, Eumæus, & Te-
lemachus, quod parabatur ex ortu auroræ prandium, non
eodem, quo parabatur, momento assumpserunt, sed aliquan-
to post: nam ab Vlysse, & Eumæo parabatur, interim vero
Telemachus, qui tunc primo ex itinere domum reuersus
erat; ad illos accessit, & ab Eumæo salutatus, & verbis aman-
tibus exceptus est prius, quam accumberent: quamobrem
necessarium est existimare, orto iam sole accubuisse, non au-
tem tenebris adhuc manentibus, vt ait Didymus. Præterea
Odyssæ O'. illa verba ἀμὰ δ' ἡοῖ φαίνομεν ἡμεῖς δειπνήσας, id est,
Auroræ exortu pransus, docent ἀριστον & δειπνον non distin-
gui tempore: quando de cibo mane sumpto vsurpat voca-
bulum δειπνήσας, de quo alias vsurpauit ἀριστον. Sed & Iliadis
Ω'. Achillis sodales dicti sunt, parasse prandium, ἐστὶν ὁ ἄριστος,
non in tenebris, sed post Auroram exortam, vel So-
lem: etenim dicit, postquam illa exorta est, tunc Deos inter
se de Hectoris cadauere restituendō locutos, & Thetidi ne-
gotium cōmissum, quæ ad Achillem profecta sodales rep-
perit prandium instruentes: quamobrem verisimile est, il-
los non, nisi sole emerfo, vscī potuisse: hæc docent ἀριστον &
δειπνον ab Homero promiscue pro cibo matutino accepta.
At δειπνον eidem fuere epulæ vespertinæ: quamuis enim Ili-
dis vndecimo; eo loco ἡμεῖς δὲ δρυτόμος αἰὲς ὡπλίστατο δειπνον
(vbi tamen δειπνον Plutarchus legit, quo modo res dubita-
tione careret; sed recepta vulgata scriptura non est facile
repudianda) quamuis, inquam, hic videatur de cibo dictū
matutino; neque enim congruit narrationi, si de vesperti-
no di-

no dictum putemus; cum ea narret, quæ Græci aggrediebantur die elucescente; nam inquit, ὄφρα μὲν ἦν αἶμα καὶ αἴμα τοῖς ἡμέρῃ; similiter Odysseæ nono, vbi dicit Polyphemum aurora exorta, ante quam ex antro prodiret, ex Vlyssis socijs duos deuorasse, et si inquit, ὠπλίσσατο δόρυ, δειπνήσας (vbi notandum est de eodem tempore, & loco eodem verba facientem, poetam coniūxisse δόρυ & δειπνῆν) quæ pariter docent eo loco δόρυ cibum fuisse matutinum; sæpius tamen alibi hac vsus est appellatione in epulis vespertinis, vt loco ante dicto Iliadis Θ. vbi scriptum est, παιδὲ μὲν οὐκ ἔμελλεν, δόρυ γὰρ ἐπὶ πλίσσμεναι. item Iliad. I. vbi eadem prius leguntur, & Ω. in illo post certamina superiore libro descripta, inquit, τοὶ μὲν δόρυ μείδοντο, ὕπνῳ γλυκεροῦ cenam curarunt & somnum. & vbi Achilles inquit, μνησόμενα δόρυ, quo peracto, somni cura similiter exorta est, & inquit poeta, θεοὶ τε, καὶ ἄνθρωποι ἰπποκορυσαὶ δὲ δὴν πανύχοι μάλα καὶ δειπνῶσι, postea demum aurora exorta Priamus cum Hectoris cadauere Troiam reuertitur: vt non sit dubium, hoc loco de vespertinis epulis δόρυ accipi oportere. est etiam clarissimus locus in Odysseæ Δ. δόρυ τὸ ὠπλίσσμεναι, ἐπὶ ἡλύθῃ ἀμβροσίῃ νύξ. item Odys. Ξ. post illa, quæ ex eodem libro dicta sunt prius, matutinas epulas significantia, καὶ τὰς ἐπὶ δειπνῆσι; fit rursus cibi mentio, sed vespertini, his verbis, νύξ δ' ὦρε δόρυ τε, τάχιστα μοι ἔνδον ἑταῖροι εἴσιν, ἵνα ἐοικλίσῃ λαόν τε τοὺς κοίμῃ δόρυ. item Odys. Ο. vbi inquit, δόρυ εἴσω, ὅθι δὲ σπὶν ἐδόρυον ἄνθρωποι ἄλλοι, quæ de conuiuium vespertino dicta esse, docemur, quoniam post colloquium somno se tradiderunt, quem tamen breuem cepere: nam statim exorta dicitur aurora, καὶ δόρυ δέ τινος δ' οὐ πολλὸν ὅτι χρόνον, ἀλλὰ μὲν οὐκ αἶψα γὰρ ἦν αἶμα ἡλίου ἐύθρονος. Sed hæc satis. Quibus mihi quoque persuasum est, apud eundem binæ tantum eodem die refectionis memoriam exstare, non autem triplex, licet tribus sit vsus nominibus, quoniam δειπνον, & ἀριστον pro eodem semper usurpauit, quia vero Odysseæ. P. illa

Διελί-
σας.

Athenæus
notatur.

leguntur, οὐδ' ἔρχο διήμισας, utrum his verbis aliud eden-
di tempus a duobus iam explicatis diuersum significaue-
rit, ex auctoribus incertum est, nam Didymus testatur,
aliquos credidisse, vespertinas epulas hoc vocabulo διήμι-
σας significatas, ac si dictum esset, cum cœnaueris; ipse ve-
ro, conuersationem potius vsque in vespertinum traductam,
interpretatus est, ut videtur, nam inquit, πρὸς τὸ διελί-
ναι ὥραν ὡδονόμος, τοῦτ' ἐστὶ τὴν μεσημβρίαν, ἢ τὴν ἑσπρινίαν
διελίψας, quod diceret, cum vsque ad horam dilinen. man-
feris, hoc est, meridiem, aut vespertinum moratus; scilicet
Didymus incertum se demonstrat, de meridie, an vespere
sit Homerus intelligendus. Athenæus libro primo διήμι-
σας interpretatur, sumi solitum cibum intermedio tempo-
re inter meridiem; cum sumitur eius seculo vocatum ἀρίστον
& vespertinum, cum sumitur δείπνον: ὅ ἐστι μετὰ τὴν ὕψην
λεγομένη ἀρίστον καὶ δείπνον. Sed in hoc illum deceptum esse
illud docet, quod διήμισας dicitur a Telemacho ad Eumæum,
postquam Proci & Telemachus comederunt, cum esset tē-
pus, quo δείπνον sumebatur; dictum est enim δείπνησας ἔαν,
& ὡρὴν δείπνον ἔχοντα, & εὐθὺς δὲ δείπνηκας, & εἰ δείπνεις δὲ οὐ δύνασαι
itaque τὸ διήμισας non potuit tempus illud significare ante
cœnam, quod Athenæus dixit. idem tamen, libro quinto,
Didymi, quam dixi, interpretationem videtur secutus.
quæ probabilis est: nam huius radix vocabuli διήμισας,
quantum in se est, nihil significat, quod ad cibum perti-
neat: non est enim ut ἀρίστον & δείπνον prandium (Homero
scilicet, apud quem duo hæc idem significant) & inde ἀρί-
στειν & δείπνειν prandeo, δόρπον cœna & inde δοπέω cœno,
ita δείγος item cœna, & inde διήμιω cœno: sed δείγος est stel-
la ipsa vocata hesperos, ut est apud Homerum Iliad. Φ. ubi
legitur εἰσὶν ἔλθῃ δείγος ὃ ψεῖ δύνων, σκιάσῃ δὲ ἐρίβαλον ἀφ' ἧρας.
id est donec veniat hesperos sero occidens. quamquam in-
terpres ait, apud Atticos voce illa δείγος vespertinam solis
constitutionem significari, ἢ ὀψιν, inquit, κατὰ τὰς τὴν ἡλίου,
sed utrumvis esto, δείγος quantum in se est, non significat
cibum,

cibum, sed ipsum vesperum, aut stellam, quæ solet post solem occidere, & idcirco dicitur $\phi\epsilon\delta\upsilon\omega\nu$, id est sero occidens. eodemq; pertinet $\delta\epsilon\iota\chi\omicron\nu$ neutro genere, quo Homerus eodem loco usus est, Odyss. P'. $\epsilon\pi\eta\lambda\upsilon\theta\epsilon\delta\epsilon\iota\chi\omicron\nu\eta\mu\epsilon\rho$ id est aduenerat diei tempus extremum, ipse, inquam, vesper inquit Didymus, $\tau\epsilon\tau\delta\epsilon\iota\lambda\iota\kappa\eta\varsigma\alpha\epsilon\rho\alpha\varsigma$, sed dubium non est, $\delta\epsilon\iota\lambda\lambda\omega$ significare crepusculum præsertim vespertinum: nam etsi addita voce $\epsilon\omega\acute{\alpha}$ vel $\omega\epsilon\rho\acute{\iota}\alpha$ significat apud Atticos auroram, vel matutinum crepusculum, tamen sine ullius adiectione vocis vesperum denotat; sic a Aristoteles $\text{Ζέφυρος } \omega\epsilon\rho\acute{\iota}\varsigma$ $\tau\eta\delta\epsilon\iota\lambda\lambda\omega\pi\upsilon\epsilon\acute{\iota}$, & $\delta\epsilon\iota\lambda\eta\varsigma\pi\upsilon\epsilon\acute{\iota}$, Zephyrus ad vesperum spirat, & vespere spirat, itaque $\delta\epsilon\chi\eta\mu\acute{\iota}\sigma\alpha\varsigma$ non ad cibum sed ad tempus ipsum vespertinum spectat. quamobrè possumus ex Homeri auctoritate affirmare, Iliacis temporibus Græcos bis die saltem cibo refici consueuisse, cibumq; matutinum tum $\alpha\rho\iota\varsigma\omicron\nu$, tum $\delta\epsilon\iota\pi\omicron\nu$, vespertinum autem $\delta\epsilon\rho\pi\omicron\nu$ vocatum. fuisse quoque qui sæpius comederent, non negauerim; idque confirmat sententiam, quam probo; sed apud Homerum non reperitur: Athenæus^b inquit, $\omicron\upsilon\delta\epsilon\iota\varsigma\delta\epsilon\iota\chi\epsilon\iota\omega\delta\epsilon\tau\epsilon\tau\pi\iota\eta\tau\eta\zeta\iota\varsigma\pi\iota\eta\alpha\lambda\alpha\mu\beta\alpha\acute{\iota}\omicron\nu\tau\alpha\zeta\omicron\phi\alpha\varsigma$, nemo demonstrabit, apud poetam ter aliquem cibum capere. certe de Eumæo dici non potest; licet cibum sumpsisse post dicatur, quam Telemachus ad illum dixerat, $\epsilon\rho\chi\epsilon\omicron\delta\epsilon\chi\eta\mu\acute{\iota}\sigma\alpha\varsigma$; nam ante vesperum comedisse eo die, ex Homero affirmare non valemus, qui de eo ita loquutus est, vt facile credas, ieiunum expectasse vesperum. nec etiam ex Odyssæa Δ' ostendi potest, ter aliquos vno die comedisse, licet ipse Athenæus libro primo notauerit, in conuiuium Menelai poetam prandij primum fecisse mentionem, deinde post lotionem prandentes iterum conuiuas induxisse, & cœnæ postea meminisse; quasi ter eo die cibum illi conuiuæ sumpserint: quod verum non est. & locum illum oscitanter Athenæus^c legisse videtur, cum dicat Menelai conuiuium peculiare ob id exstitisse, $\iota\delta\chi\epsilon\acute{\iota}\omicron\nu\sigma\upsilon\mu\pi\omicron\sigma\iota\omicron\nu$ inquit, quod bis pransi conuiuæ dicantur, etenim bis ijdem pransi non dicuntur: sed primum nuptia-

^a Sect. 26.
probl. 33. &
35.

^b lib. 5. di-
pnos.

^c Athe-
nus nota-
tur.

le Menelai cum suis conuiuium narratur: quo nondū per-
acto Telemachus & Pisistratus filius Nestoris super venisse
dicuntur, qui humaniter excepti, & inuitati, post solitam
lotionem ipsi quoque accubuisse & pransi esse deinde nar-
rantur. atque ob id secundo prandij eo loco mentio facta
est: non autem quod, qui semel pransi erant, loti deinde,
& rursus pransi dicti sint, vt Athenæus existimauit. Post
Homeri autem tempora aliam secuti sunt Græci rationē:

Hippocra-
tes.

nam Hippocrates libro de victu acutorum ἀριστον, & δεῖπνον
nunquam confundit, vbi aliqui docuit, alios semel, alios
bis, alios sæpius vno die non solum comedere, sed etiā sa-
turari consueuisse, ἔτι δ' αὖ μᾶλλον πονήσας ὁ τοιοῦτος, εἴ τις σι-
τέοιτο τῆς ἡμέρας ἐς κόρον. ἐπὶ δὲ μᾶλλον, τί παλινακίς, καὶ τοῖα
πολλοὶ εἰσιν, οἱ εὐφόρως φέρουσιν, τοῖς σιτέομενοι τῆς ἡμέρας ἐς πλη-
θος, οἱ αὖ οὕτως ἐθιστῶσιν, idest, insuper autem magis labo-
rabit is, si ter die ad satietatem vsque comederit. sed ad-
huc magis si sæpius; sunt enim multi, qui facile ferunt, li-
cet ter die cibo expleantur, qui scilicet ita assueuerint. nec
dubium est; cum vtatur duplici vocabulo, ἀριστον & δεῖπνον;
quin ἀριστον matutinum, seu meridianum cibum, δεῖπνον
vero vespertinum, illud prandium, hoc cænam significet.
οἱ μὲν πλείστοι τῶν αἰνεσιμωτάτων ἐδιδάκνται κατεδίειν τὸ δεῖπνον. plu-
rimi, qui impransi fuerint, cœnam edere non possunt: his
perspicue intelligitur τὸ ἀριστον præire, vt matutini tempo-
ris, τὸ δεῖπνον uero sequi, vt vespertini: sic paulo post, εἰ ὥρα
τὸ ἔδος μονοσιτήτας ὁλεῖν ἡμέραν καταγλήσας, διαπνήσας ὁκόσον ἐ-
διστο, αἰκὸς αὐτὸν, εἰ τότε αἰμαρίσας ἐὼν ἐπόνει, καὶ ἑρρώσθ, διαπνήσας δὲ
τότε βαρεῖς ἐὼν, πολὺ μᾶλλον βαρυέσθαι, quod est, si præter mo-
rem cibo semel die sumpto, diem integrum vasis inanibus
relictis, quantum solebat cænauerit, verisimile est, illum;
si tum impransus doluit, & ægrotauit, assumpta autē cæna
tum grauis effectus est; multo magis grauari: hæc ait: quæ
pariter docent, prandium præcedere, scilicet τὸ ἀριστον, cæ-
nam autem τὸ δεῖπνον prandio succedere: nam significant
τὸ διαπνέειν, cænare, de illo dici, a quo ieiuniū vespere fran-
gitur

gitur. Sed aliquis obijciat, τὸ δειπνον Hippocrati non fuisse cœnam & epulas vespertinas, sed prandiū: etenim mentionem sæpe fecit ambulationum post τὸ δειπνον, quod cœnam non deberet significare, quoniam verisimile non est, cœnam fuisse, quam sequebatur ambulatio; cœnam enim sequi cubitus solet, & somni cura: sic Homerus (vt ante notatum est) δ' ὄρῳιο, inquit, μέδοντο ὕπνουτε γλοκεῖον. ambulatio vero sequitur prandium manifeste, etsi præcedit etiam: quamobrem apud Aristotelem a libro secundo posteriorum in exemplo ambulationis post cibum, vbi Græce est τὸ δειπνον, interpretati sunt aliqui prandium; Verum hic debet animaduertere, locis Hippocratis antedictis τὸ δειπνον pro cœna, & vespertinis epulis acceptū; quod euidentissime ex illis verbis accipitur, μονοσιτήσας, ὅλην ἡμέραν κενεαγγήσας, δειπνήσας, id est, qui semel die accepto cibo, diem totum uasis relictis inanibus, cœnauerit: nām dicitur is cœnare, qui postquam toto die nihil acceperit, semel deinde comedit: ambulatio uero post cœnā non est ab usu aliena: non solum quod nostra ætate, æstiuis maxime temporibus, post cœnam multi deambulant, qui scilicet diu ante solis occasum cœnare soliti sunt; quod etiam hyeme a Romanis olim factum, libro primo uariarum obseruationum notauimus; sed etiam quod a Græcis quoque Hippocratis ætate obseruatum sit, ut ex ijs intelligitur, quæ ille scripsit libro de diætâ tertio, ubi cum est crebra deambulationum a cœna mentio, tum hæc leguntur, quæ omnem tollunt dubitationem, docentq; τὸ δειπνον vespertinas epulas fuisse, χειρὶ μέρον, καὶ αὐτὰ ξιφάμερον ὀλίγα, τὸ ἀρίστον ποιήσαι πλεον τῆ ἐνδομῆς, καὶ πῆν ἰκανὸν οἶνον μαλακόν, εἴτα ὕπνω χρῆσθαι ὑπὸ τῆ ἀρίστου ἰκανῶς, ἐς τὴν ἐσπέρην δὲ κοῦφοισι χρῆσθαι μέρον γυμνασίῳσι, διεμῶτε λουσάμερον, δειπνήσαι τὸ ἐνδομῆς, πᾶσι δὲ μὴ χρῆσθαι ὑπὸ δειπνῆς. χαρῖβεν δὲ χρόνον. id est, ab unctione, & frictione modica prandium solito uberius sumito, & uini mollis satis potato, deinde somno a prandio, quantum satis est, utitor: uespere autem ubi fuerit usus exercitijs

exercitijs leuibus, & calida lauatione, cœnam sumito consueta, & ambulationibus a cœna minime utitor, sed tempus conterat: his, inquam, nihil afferri dilucidius potest, ad ostendendum τὸ δειπνον cœnam significare, & epulas vespertinas, & ambulationes a cœna in usu fuisse: primum enim prandij mentio fit, deinde cœnæ, postremo temporis post cœnam, quo ambulatio suscipi potuisset, & cœnam vespertinam expresse ostendit inquiring, ἐς τὴν ἑσπέρην δειπνήσαι. sed & paullo superius opposuerat τὸ πρωὶ idest mane, τὸ δειπνῶ idest cœnæ, tamquam cœnam τὸ δειπνον vespertinas epulas intellexerit, sic etiam eodem libro τὸ δι' ὄρθρου, idest, mane, opposuerat τὸ ὑπὸ δειπνῆς, id est, a cœna: nec ætate tantum, sed hyeme quoque consuetudine eiusmodi ambulationem fuisse ostendit libro eodem in sermone de victu, quem hyeme seruandum probat, inquiring, τοῖσι μὲν περὶ πάντοισιν ὑπὸ τῆς γυμνασίης ὁρᾷσι, ὑπὸ δὲ τῆς δειπνῆς βραδείῃσιν ἐν ἀλῇ, idest, ambulationibus utatur post exercitia celeribus, a cœna vero tardis loco tepido. Xenophon quoque passim memorat Græcos mane prandentes ἀριστῶντας, vespere vero cœnantes δειπνουῦντας, immo a cibum, qui mane sumendus erat, si in vespertinum quis seruatum assumpsisset, prandium quidem vocatum, non tamen ut is tunc temporis pransus diceretur, sed dicebatur prandium cœnatus, τὸ ἀριστον δειπνήσαντες. Aristoteles exemplum daturus earum rerum, quæ tempore inter se differunt, cœnam dixit, b & prandium, δειπνον, καὶ ἀριστον, & alibi manifeste ostendit, ἀριστον, matutini temporis fuisse, cum scilicet aquilam dixit c, operari, & volare ἀπ' ἀρίστου μέχρι δείλης, a prandio (ut Plinius d vertit) usque ad vespertinum quod sequitur, τὸ δειπνον vespertini temporis fuisse: & libro secundo posteriorum male τὸ δειπνον interpretatos esse prandium. hic autem nō omittam, Aristotelis seculo iam videri exoleuisse usum vocabuli, quod Δόρπον. Homero frequentissimum fuit, δόρπον: quo post Homerum quis usus sit, non facile inuenitur, Aeschilo excepto, qui, Athenæo e referente, tertio loco posuit δόρπον hoc versu, ἀρίστα,

Xenophon

a lib. 1. de
Cyrī intelli-
tutione.Aristoteles
b Lib. Me-
taphys. ii.c lib. 9. de
historia ani-
malium.
d lib. 10.
cap. 3.

Δόρπον.

e lib. 1. di-
pn.

ἀρίστη, δειπνα, δειπναὶ αἰρεῖται ἔστι. & Nicandro, qui semel^a hoc vocabulum generatim pro cibo vsurpauit, τὰ δὲ δειπνα κατέσχευε, cibos auersatus est: interpretes exposuit, ἔσφλω & ποροίεται, cibum non admittit, quasi δειπνον & ἔσφλω differre inter se nō putauerit: quo pacto δειπνον videtur accepisse Homerus, cum de Polyphemo loquebatur Odiseæ I. & K. ὠπλίστα δὲ δειπνον, & E. ὠπλὶ δὲ δειπνον ἐλθοντο. Sed & eodem sensu idem Nicander vsus est, δειπνῆια ibi, ποῖ δειπνῆια κέπρε, quod interpretes exponit ἔσφλω τὸ κέπρε, cibum fulicæ. Aristophanes^b autem δειπνησὼν speciatim de vespertinis epulis dixit, ita enim illud omnes interpretati sunt, ὅτι δὲ δειπνησὼν κέκερα ἔμβαλλας, omnes, inquam dixerunt, δειπνα τὰ δειπνα, etsi Lycophron (vt Græcus interpretes retulit) est interpretatus δειπνον ἀρίστου, a prandio: sed vere de cæna Comicus loquitur: ait enim ineptum illum tanto iudicandi studio teneri, vt a cæna statim, non domi dormiat, sed calceis sumptis, se in forum transferat, ibiq. iudicandi horam expectans, somnum capiat. Ex his autē fortasse non male aliquis existimauerit, hanc fuisse poetarum potius, quam aliorum scriptorum vocem. certe fuit vox vetustissima, a qua festum Athenis quoddam dictum est, quo tempore Athenæ a regibus gubernabantur, nam δειπνια appellarunt primam Apaturiorum diem, a conuiujs, canisq. ad quas sodales conueniebant, vt aliqui^c dixerunt, etsi Proclus^d secundam diem eo nomine vocatam tradidit. cur Pollux hanc vocem inter alias huius ordinis non memorauerit, alijs cognoscendum relinquo. ut uero hæc uox exoleuerat, & pro ea δειπνον passim accipiebatur, ita iam incæperat in usu esse ἀνεπίστος, cuius fecit Aristoteles^e mentionem, cum dixit, palumbem feminam accipientem a vespere noctem totam incubare usque ad tempus ἀνεπίστος, quod Plinius^f matutinum interpretatus est: quod uocabulum (a Polluce pariter omissum) utrum dictum sit a meri potu, uel ab incontinentia, adhuc incertum est: illud est ex dictis manifestum, Græcos prius temporibus

^a Alexi-pharmacis.

^b Vespif.

^c Suidas, scholia Aristophanis ἀχαρῆς σι. d lib. 2. in Timæum Platonis.

^e lib. 6. de hist. animalium. ^f lib. 10. c. 58.

a lib. 1. di-
pnos.

poribus eodem die solitos sæpe comedere: nec Philemonis contemnendum est testimonium, dicentis (vt Athenæus^a refert) veteres quater die comedisse, & vfos esse ἀγεῖν ἡμέραν, ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἰατρικῆς ἡμέρας, δὲ τῆς ἡμέρας, diceret, ientaculo, prandio, merenda, cæna: quod vero dictum est, neminem apud Homerum reperiri, qui sæpius, quam bis die comederit, verum quidem est, sed eo non efficitur, Græcorum hoc fecisse neminem: neque enim Homerum ita locutum credendum est, vt quæ ille silentio prætermisit, illa nusquā fuisse, persuasum habere debeamus.

De Romanis. Cap. XIII.



E Romanis etiam idem affirmari debere, simili videtur argumento manifestum: apud illos enim fuit in usu ientaculum, prandium, merenda, cæna, comessatio, quæ vocabula diuersa tempora sumendo cibo destinata, hoc ipso ordine, quo illa recensui, significabant, quod est notissimum: sed vna occurrit difficultas, nam hoc quoque videtur manifestum esse, ientacula, & merendas puerorum fuisse, alias paucissimorum, comessationes fuisse incontinentium, & intemperantium; qualis Vitellius fuisse dicitur, qui vomendi consuetudine se idoneum ad omne cibi tēpus præstabat, teste Suetonio, adeo vt reliquum sit prandium, & cæna, quibus plerique contenti essent, immo iam vulgo dicitur, quod plerique cæna sola contenti degerēt: idq. necessario factum, quoniam tantum terebant temporis in exercitationibus, balneisq. cibum præeuntibus, ut non esset spacium eadem bis die faciendi: cui accedebat accubitus apparatus, qui ut multam operam, ita tempus requirebat: itaque non satis probari videtur ex vocabulorum multitudine, Romanos communiter sæpius eodē die comedere solitos fuisse: ut iam mirandum non sit, Martialem^b unam diei horam dicatam cibo Romæ cecinisse, nonā scilicet:

b lib. 4.
epig. 8.

scilicet: quod testatur etiam Cicero ^{b lib. 9. e. pist. fam. vi} inquit; accubue-
 ram hora nona, cum ad te &c. & Horatius: ^{c lib. i. epi.} post nonam
 venies. Verum enimvero hæc tanti non sunt, vt mihi per-
 suadeant, Romanos, vel omneis, vel plerisque semel tantū
 die comedere consueuisse: nam in hac ipsa obiectione su-
 mitur, pueros sæpius comedisse, quorum gratia ientacula,
 & merendæ institutæ conceduntur: de incontinentibus ni-
 hil dicam: sed de rusticanis operis quid est dicendum? quid
 de famulis, & seruitijs, quorū ingens numerus? quid de opi-
 ficibus, & vrbani operis similiter multis? ijs ego tunc secus
 accidisse negauerim, quam nostris temporibus contingat:
 videmus autem passim hæc hominum genera nō posse abs-
 que frequenti refectione subsistere: quamobrem tunc etiā
 paucos fuisse intelligimus, qui vna refectione contenti esse
 potuerint: illos videlicet, qui forensibus negocijs, aulicisve
 occupabantur, aut litterarum studijs impense operam da-
 bant: hi enim cibi onere se cognoscebant ad studia, & res
 gerendas minus idoneos effici: quamquam nec omnes hi (si
 rem diligentius perquisuerimus) hanc consuetudinem ha-
 buerunt: quod exemplis quibusdam illustribus planum fa-
 cere ab re nō erit. Octavianus Augustus in meridie cibum
 capiebat, vespere postea cænat. Suetonius auctor est,
 qui: post cibum, inquit, meridianum, ita vt vestitus, calcia-
 tusque erat, rectis pedibus paulisper conquiescebat, oppo-
 sita ad oculos manu: a cæna in lectulum se lucubratorium
 recipiebat: & addit, vescebatur & ante cænam quocumque
 tempore, & loco stomachus desiderasset. De Tiberio eius
 successore, quod manifestum dicam, non habeo. Sed habeo
 vnde aliquid conijciam. Quid enim illum fecisse existimē,
 de quo idem Suetonius inquit: Princeps in ipsa publicorū
 morum correctione cum Pomponio Flacco, & L. Pisone no-
 ætem, continuumque biduum epulando, potandoque con-
 sumpsit. de Caio vero (ne ordo peruertatur) apud eundē
 legitur. Nono Calend. Februarij hora quasi septima cuncta-
 tus, an ad prandium surgeret, marcescente adhuc stoma-
 cho

cho pridiani cibi onere. De Claudio: cibi, inquit, & vini quocumque tempore, & loco appetentissimus: cognoscens quondam in Augusti foro, victusque nidore prandij, quod in maxima Martis æde Salij apparabatur, deserto tribunali ascendit ad Sacerdotes, vnaque discubuit. Nec soli incontinentes sæpius die comedebant, verum continentes quoque & temperantes Galbamque, & Vitellium præteribo, quod & hi, tamquam intemperantes damnati sunt: neque non proximos tacebo Othonem, Vespasianum, Titum: quod de his certi nihil habeatur. Domitianus hoc liber crimine, prandere solitus liberaliter à Suetonio dicitur, parce autem cænare. Adrianus etiam prandebat, quamvis sine vino: cum principibus autem, & optimis viris, vt Dio tradit, cænabat. Nec omittā, quod Plinius Nepos de Plinio Veronensi auunculo scribit ad Macrum, qui ter die cibum ab illo sumptum significat, ait enim, interdiu primum leuem, & facilem cibum, more veterum, sumere solitum, & deinde si æstas esset, & otium, iacere in sole, post solem frigida plerumque lauare, deinde gustare, & minimum dormire: mox quasi alio die studere in cænæ tempus: edebat igitur interdiu antequam iaceret in sole, & iterum postquam iacuerat, & lotus erat, tunc enim, inquit, gustabat: tertio demum cænabat: quæ viuendi ratio illi similis est, quam ab Antiocho, & Telepho seruata Galenus narrauit libro quinto de sanitate tuenda. Sed inferiora mittamus tempora, de quibus fortasse nemo dubitat: de vetustioribus, in vita Catonis, quam Plutarchus optimus auctor descripsit, fit prandij, & cænæ mentio, & licet ipse Cato libro de rebus rusticis, cænā sæpe, prandium vero nunquam memoret, illius tamen tempore cæna differebat a prandio: Sunt enim auctores a fide digni, qui cænā testari sunt a priscis prandium vocatum, qui, quæ nunc cæna dicitur, vespertinam dixerunt. Sabinosque potissimum ita locutos: in Sabinis b autem paterna rura Cato possedit: ac fortasse matutinam escam, quæ maxime puerorum est, prandium vocarunt, cum legamus apud Festum,

a Paulus ex Festo.

b Plutarchus in Catone.

Festum, prandicula dicta esse ientacula, de quibus Poeta;
 surgite iam pueris vendit ientacula pistor: euasi prandicu-
 la cibus esset in prandio, sumi consuetus: itaque reliquum
 est, paucorum fuisse, cibum semel die sumere: sed illorum,
 qui forensibus negocijs, & Reipublicæ administratione oc-
 cupati erant, vel litterarū studio vehementer addicti: quos
 ad hanc consuetudinem illa necessitas adduxit, quod in vr-
 be opulentissima, & luxu plena, difficillimum erat lautis, &
 sumptuosis ditissimorum ciuium conuiuijs, sine incontine-
 tiæ periculo interesse, maxime vero si bis die hoc facien-
 dum fuisset: cum igitur alias Siculi, & Itali bis die (testis est
 Plato) saturarentur: Romani, præsertim nobiliores, floren-
 tissimo seculo primorum Cæsarum, & proximo quo Pom-
 peius primas in vrbe tenebat; semel die tantum liberaliori
 adesse conuiuium instituerunt: non quia ad tuendam valetu-
 dinem conferret, sed quia minus hoc læderet, quam bis ex-
 pleri: alioquin his cænis luxui magis ac ventri, quam vale-
 tudini seruebant: quod ciborum docet copia, & varietas
 maxima, & genera vt immensis sepe, ita superuacaneis sum-
 ptibus conquesta: docent quoque psaltriæ, citharistriæ, &
 alia huiusmodi, quæ non præferunt temperantiam, vel
 continentiam, sed luxuriam. Balnea, & exercitationes an-
 te canam ab honesta quidem causâ ortum habuerunt; vt
 sine dubio apud lacedæmonios in vsu fuere, qui prope Eu-
 rotâ in sole, ac puluere sese exercentes, in propinquo ipso
 flumine, vt puluerem detergerent, lauabantur; quos Roma-
 ni primis seculis imitati, venatibus, & agrestibus operibus
 corpora ad militiam durabant. Sed ea res cum apud mul-
 tas Græciæ nationes, tum apud Romanos ad luxuriam con-
 uersa est, vt libro de Gymnastica exposui: & eo ventum est,
 vt sese multi exercerent, non vt sani essent, sed vt plus co-
 mederent, quando etiam, vt plus biberent, balneis homi-
 nes coquebantur, Columella, & Plinio testibus: quorum
 a alter, inquit, vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam
 cruditatem laconicis excoquimus, & exsucto sudore fitim

Balnea

a Columel-
la lib. 1. præ-
fat.

b Plinius
lib. 14. c. 22.

quærimus: alter b vero enumerans ea, quæ bibēdi causa conficiebantur, inquit, cautissimos ex his balneis coqui videmus exanimēque efferri: iam vero alios lectum expectare non posse, immo vero nec tunicam, nudos ibi protinus anhelos ingentia vasa corripere velut ad ostentationem virium, ac plene infundere, vt statim euomant, rursusq; hauriant, idque iterum, tertiumque: tamquam ad perdenda vina geniti, & tamquam effundi illa non possint, nisi per humanum corpus: huc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cæno, ac pectorosa ceruicis repandæ ostentatio: hæc illi. Quibus docemur, & balnea, & exercitationes huiusmodi, quas illæ sumptuosissimæ cænæ sequebantur, fuisse illorum dumtaxat, qui opibus abundabant, & voluptati potius, quam valetudini operam impendebant: qui magnificentiorem quoque, & operosiores accubitus apparatus requirentes, spacium, & tempus non dabant, vt bis eodem die strui posset. Sed hos fuisse perpaucos mihi ex dictis persuasum est. quibus accedit, me animaduertisse, vetustioribus seculis, cum ditiores etiam, & nobiliores moderatius conuiuabantur, bis die eodem apparatu ciborum comedisse, & bis similiter lauisse, & accubuisse: Cūq; de cæna dubium non sit, ostendam idem in prandio seruatum esse, nam apud Plautū Menæchmis coquus, qui dicit; bene obsonauī, atque ex mea sententia bonum anteponam prandium pranforibus; paullo ante dixerat cocta sunt, iube ire accubitus; & deinde inquit; ire hercle melius est te intro, atque accumbere: postea vero meretrix inquit; prandium, vt iussisti ei, hic curatum, vbi lubet ire accubitus licet, & alio loco Menæchmus subreptus inquit, iube nobis tribus prandium accurarier, atque aliquid sitomentorum de foro obsonarier, glandulam, suillam, laridum, pernam itidem, aut sinciput, aut polimēta porcina. His igitur videmus, obsonia varia pranduris comparata, & prandentes accumbere solitos. Sed & amici inuitabantur ad prandium, vt Amphitrione; euocate huc Sofiam, gubernatorem, qui in mea naui

Accubitus
in prandio.

naui fuit. Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat,
 & inferius; tu purgare iusseras vasa, vt rem diuinam face-
 res, & hunc me accersitum mittis, vt tecum prandeat. Me-
 nechmis vero; Prius iam conuiuæ ambulant ante ostium, &
 sermo de prandio est. Sed necesse non est, locos omneis coa-
 ceruare, indicasse aliquos, fore satis existimo. Plautus vero
 cœnam & prandium ita distinxit, vt non sit locus dubitatio-
 ni, vtrum prandium pro cœna acceperit, nam Amphitryo-
 ne, cœna nocte fit, & postea cubitum itur, hac, inquit, no-
 ctu in portum aduecti sumus: ibi cœnaui, atque ibi quieui
 in naui noctem perpetem, & deinde, cœnaui, inquit, me-
 cum, ego accubui simul, te dormire aiebas, mensa ablata
 est, cubitum imus. In eadem tamen fabula prandij mentio
 fit. Item Bacchidibus hoc idem intelligitur, cum dicitur,
 Quid? si apud te veniat de subito prādium, aut potatio for-
 te, aut cœna? item Stichus, Quot adeo cœnæ, quas defleui,
 mortuæ? Quot potiones mulsi, quot autem prandia, quæ
 inter continuum perdidit triennium? & Mostellaria, Melius
 hoc anno non mihi fui domi, Nec qui esca vna me sibi de-
 meruerit magis, Vxor nam prandium mihi per bonum de-
 dit. Nunc illa dormitum iubet me ire, minime, Non bonus
 est somnus homini de prandio, hæc ait ibi de prandio: paul-
 lo post autem hæc de cœna, parata res mala est in vespe-
 rum huius senis. Nam & cœnandum, & cubandum, si intrabit,
 male. Et ex his intelligimus, cœnam a prandio non cibo-
 rum genere, & apparatu, sed tēpore differentē fuisse, neq;
 accubitus apparatus tantam operam requisivisse, vt eodē
 die iterari non potuerit: fortasse in publicis epulis, & vbi
 quis multos inuitabat, difficile fuit, bis die eadem facere,
 sed in priuatis domibus inter domesticos non fuit difficile:
 cum enim plures eodem lecto accumberent (quod Plautus
 docuit Amphitryone, vbi Alemena inquit, cœnaui me-
 cum, accubui simul: Amphitryo vero petit ego in eodē le-
 cto? aui illa respondet, in eodem: docet & Plutarchus, a qui
 Symposiacis tres lectos memorauit, & trinos in singulis cō-
 uiuas)

a Probl. 1.
 Dec. 1.

a lib. 3. de
victu acu-
torum.

b lib. 11. c.
1.

c lib. 1. di-
pnos.

a Odyff.
A. T.

b Odyff.

Δ.
c Odyff.

Ο.
d Odyff.

p.
e Iliad. 1.

uiuas) vnum vel alterū lectum sternere difficile non erat:
de Balneis vero ex Hippocratis ^a auctoritate idem est asse-
rendū, qui bis die quoidā lauari solitos significat, inquiēs,
Τὸ δὲ φιλολαυξέοντες, καὶ δις τῆς ἡμέρας αἰ λούοιτε, οὐδὲν ἀμάρτης
eos qui lauacro delectantur, si bis die laueris non errabis:
dices fortasse, me pollicitum esse de Romanis verba face-
re, & Græcorum mores in medium afferre, nam Hippocra-
tes Græcus est auctor, & Plautus græcas fabulas descripfit:
at quid hoc refert? si Græci fecere, & Romani facere potue-
runt, publicis, & sumptuosioribus conuiujs exceptis: quæ
tamen ab ijs iterari poterant, qui seruis abundabant: itaq;
Vitellius imperator, trifariam semper, vt ait Suetonius, in-
terdum quadrifariam epulas dispartiebat, ientacula, prau-
dia, cænas, & comessationes; non enim famuli, & ministri
deficiebant, qui singulis horis pro eius arbitrio, balnea, &
accubitus parare potuissent, quod forte dici quoq; de Mar-
co Antonio potest, in quem Ciceronis hæc sunt actione se-
cunda. Quid prandiorum apparatus; quid furiosam vino-
lētiam tuam proferam? & paullo post, agrum Campanum
comprāsoribus tuis, & collusoribus diuidebas. Sed his adij-
cere alienum non est, accubitur rationem non esse magni-
faciendam, quoniam non omnes, nec omni tempore accū-
bere solebant: ac vt de rusticis nihil dicam (de quibus illa
scripta sunt a Columella, ^b dum villici munera persequi-
tur, consuescatque rusticos circa larem domini, focumque
familiarem semper epulari, atque ipse in conspectu eorū
similiter epuletur, sitque frugalitatis exemplum, nec nisi sa-
cris diebus accubans cænet) Athenæus ^c generatim scri-
bit, priscos consueuisse non accumbentes, sed sedentes cæ-
nare: & Heroas in conuiujs sedere, non accumbere: quod
videre est apud Homerū, cuius illud est, *ἐξ ἡνίκά ἐζοντο καὶ κλισίᾳ*
μοῖς τε, θεῖοις τε. & illud *ἐς ῥα* ^b *θεῖοις ἐζοντο.* & *ἐξ ἑσθλῶ* ^c *δ' ἀρ'*
ἔπειτα καὶ κλισίᾳ μοῖς τε, θεῖοις τε. & *ὅττι* ^d *κλισίᾳ μοῖσι καὶ διζον.* & *αὐ-*
τίον ἵζου ^e *Οδυσῆος θεῖοιο.* & memini me legere, Romanorum
quendam imperatorem solitum esse, sedētem epulari, non
accum-

accumbentem. Et f Catonem post praelium Pharsalicum, Tacitur. li. 13.
 luctus argumento, cœnauisse sedentem, non accubantem. g Plutar-
 & Romanorum g principum liberos consueuisse cum cæ- chus in Ca-
 teris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu pro- tone.
 pinquorum propria, & parciore mensa; qui mos etiam Gre h lib. 7.
 corum fuisse ex Aristotele h intelligitur, dicente, si quis Politic.
 aliquid dixerit, aut peregerit, quod vetitum sit, si liber sit, 1. lib. di-
 verum qui nōdum in conuiujs accubitu dignatur, μήπω δὲ post.
 κατακλίσεως ἤξιον ἔσθαι ἐν τοῖς συνασπασίσι. similiter paullo post,
 priusquam ætatem attingant, cui accubitus communicari
 potest. ἐν ἧ καὶ κατακλίσεως ὑπάρχει κοινωνεῖν. quare Cassander
 ab Athenæo; scribitur annorum quinque & triginta cæ-
 nauisse iuxta patrem sedens: quamobrem conijcere est, ac-
 cumbendi consuetudinem luxus argumentum exstitisse,
 vt e contra modestiam, & frugalitatem sessio indicabat, cu-
 ius gratia variæ nationes laudatæ, sunt, vt Cretenses, Agy-
 ptij, Illyrij, & alij, de quibus Athenæus præsertim mentio-
 nem facit, & Strabo: quamquam & in accubitu frugalitas,
 & modestia esse potest, si quis Cyrum illum Xenophontis
 imitetur, qui in stramineo accubens toro ἐπὶ σιβάδος κα-
 τακλιθεὶς, inquit k Xenophon, Assyrium rogabat Gobryam,
 vter ei videretur stragulorum plus possidere, Assyrius, an
 Persa; ad quem Gobryas, dubio procul vobis (scilicet Per-
 sis) & domus, quam mea, magnificentior, quibus est terra,
 & cælum domus, & stragula item plura, atque lecti, lectus
 enim vobis est, vbicumque tellus præstat cubile; & sunt vo-
 bis stragula non ex pecudibus lanea, sed herbida e campo-
 rum montiumque fruticetis. οἱ μὲν εἰκία γῆ καὶ ἐρανὴ,
 κλῖναι δὲ ὑμῖν εἰσὶν ὅποσα γούρντ' αὐτὸν αἰετὶ ἐπὶ γῆς. σπώματα δὲ νομί-
 ζεται, ἐκ ὅποσα σπώματα φύειται, ἀλλ' ὅποσα φύονται οὐκ ἐστὶν, οὐκ
 διααίησι. Sed fuere etiam qui stando, aut ambulando cibum
 capiebant, ne corporis voluptate animus alliceretur, utq;
 cibum non quasi dedita opera, sed obiter, & perfunctorie
 capescerent. Masinissam stantem ante tabernaculum sem-
 per

f Corn.
Tacitur. li.
13.g Plutar-
chus in Ca-
tone.h lib. 7.
Politic.1. lib. di-
post.k lib. 5.
de Cyri in-
stitut.

per cibum, ferunt, sine pulpamento etiam sumpsisse cibario pane, & bellarijs militaribus contentum: proinde & octogenario maiorem filium genuisse, & nonagenario itē maiorem Carthaginienses bello superasse. Piores, monachum Aegyptium, semper ambulantes ob dictam causam comedisse, ^b proditum est. Sed quæ rariora sunt, ad rem, quam agimus, non conducunt. Sane constat, cum in usu acubitus fuit, non omnes tamen accumbere, sed plurimos sedere ad mensam consueuisse. Similiter autem nec omnes lauabantur, quod Hippocrates ^c docuit admonendo, habendam esse rationem, si æger per bonam valetudinem lauari cupidus esset, & lauari aduetus: erant igitur qui nec amabant balneum, nec lotioni assueuerant: hoc tamen de Græcis: de Romanis vero idem colligitur, nam ad illos potissimum Celsus ^d loquebatur, cuius illa sunt: Exercitationem recte sequitur modo vnctio vel in sole, vel ad ignem, modo balneum: non ergo semper ante cibum lauabantur. Hoc rursus docet inquiring, si balneum non est, calido loco vel in sole, vel ad ignem vngi, atque sudare: si est, ante omnia in tepidario residere, & ubique Celsus ex æquo dispartit vnctionem, & balneum: nam etsi, ut Græcorum mos fuit vetustissimus, lauare vna atque vngere, quamobrem frequenter Homerus cecinit, *λοῦσαν, καὶ χρίσαν ἑαίῳ*, sic Romani non lauabantur, quin vngerentur simul; tamen Celsus alios significat balneo, alios balnei vice vnctione vfos esse: ut intelligamus, si nō erat absque vnctione lotio, saltem vnctionem absque lotionem fuisse: & quoniam hæc, sequebantur exercitationem; ut proprie exercitatio sumitur pro instrumento quodam bonæ valetudinis, aut comparandi roboris; existimandum est, illos, quibus otium non erat, ut hac ratione exercebantur, nec etiā lauasse, cuiusmodi rustici fuerent, milites, operariorum ingens numerus, & pars denique populi maior: hi enim necessario, nō studio valetudinis, vel animi gratia, labores subibant: sed & in paucis domibus instrumenta erant, & idonei balneorum ministri; ut Hippocrates

^b Socrates lib. 4. de eccles. hist.

^c lib. 3. de victu in ætur.

^d lib. 1. c. 2. & 3.

crates a de Græcis testatus est, ἐν ὀλίγοις καὶ οἰκίῃσι περισκοῦσθαι τὰ ἀφ' ἑμαυτοῦ, καὶ οἱ διαπραϋνόντες ὡς δὲ; quod de Romanis etiam sumendum est, quando apud illos exstiteret, qui publica ædificia, balneis destinata, ad aucupandam populi gratiam, exstruxerunt, ut Agrippa gener Augusti, qui primus traditur, hoc fecisse; propterea, plurimos olim illos cibum accepisse, necesse est. Igitur sic statuendū videtur, vel de ociosis, vel de occupatis sermonem esse: ociosis tempus non defuisse, quo bis die exercerentur, lauantur, epularentur: occupatis vero mentis laboribus vix tempus, datum, quo hæc semel die conficerent; hos autem fuisse ex urbanis paucissimos: corporis autem muneribus districtos, non potuisse quidem arbitrato eorum exerceri, lauari, vngiue ante cibum; sæpe tamen die cibum capere necessario consuevisse, ut ante notatum est: nec ijs credendum, qui dixerunt, olim infames habitos, qui ante cenam quicquam edebant, & testem laudant b Plutarchum: nam de veterum consuetudine satis ante dictum est: ac de Persis quoque dictum est, quibus solis ea laus tributa, quod olim semel die comederent. Plutarchum autem nihil dicere, quo id probari possit, facile diligens lector intelliget, ipsius Plutarchi disputatione diligenter perlecta: quem locum priori libro variarum observationum examinaui.

a lib. 3. de victu in æcutis.

b 8. Symp. prob. 6.

De hora, qua Romani cibum capiebant. Cap. XIV.



EQVE demum argumentū sumendum est ab hora, qua comedere solitos Romanos plerique existimant; nona scilicet quasi semel tantum die illi comedisse dicendi sint, quia vnius horæ tantum mentio facta sit; leue, inquam, argumentum inde sumitur, quoniam contraria occurrunt multa: etenim ante vidimus, horæ mentionem septimæ factam esse, cum ex Suetonio dicebatur Caius hora quasi septima cunctatus, an ad prandium surgeret. Cicero in Pi-

H sonem

sonem quintam memorauit, inquit, meministi ne cenam cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire inuoluto capite soleatum? & cum isto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalas- ses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? memorauit & tertiam, actione in Antonium secunda: ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur: non sola igitur memo- rata est nona. Sed saepe hora nona quiduis aliud facere, quam cenare: & ne quid dicam de milite in castris versan- te, qui saepe tempori magis, quam valetudini inseruit; & ideo nonnunquam nisi nocte cenat, cum a pugna in castra reditum est; quid est, quod ait Cicero secunda in Verrem (quæ ab ipso Cicerone, & Nonio vocatur actio prima) Nonæ sunt hodie sextiles: hora nona conuenire cepistis: & actione quarta (quæ dicenda est tertia.) Nec cogat an- te horam decimam de absente secundum præsentem iudi- care: & inferius, paratum ad causam dicendam venire ho- ra octaua iubet: & paullo post, ad horam octauam præsto est: & paullo inferius, ante horam tertiam noctis de foro non discessit: at qui octaua, nona, decima, & ulterius in foro versabantur, nona cenare minime poterāt. Quid vero, quod ille apud Horatium inuitatur ad cenam post nonam? & ^{a lib. 4. epigr. 2.} Martialis^a epigrammate illo vulgatissimo inquit, Hora li- bellorum decima est Eupheme meorum, Temperat ambro- sias cum tua cura dapēs. Et bonus æthereo laxatur nectā- re Cēsar, Ingentique tenet pocula parca manu: erant igitur, qui decima cenarent. Et legimus, hæc apud ^{b li. 9. Dec. 1.} Liuium, Decima erat fere diei hora, cum cibum capere Cos. milites iubet: immo erant etiam qui lauabantur, post decimam ce- natūri: Balnea^a post decimam lasso, centumque petuntur. Quadrantes, fiet quando, Potite, liber? adhæc, cum dicat, ^{b Martial. lib. 4. ep. 8.} Prima^b salutantes, atque altera continet hora, Exercet rau- cos tertia causidicos; interim quid reliqui faciebant, qui nec salutationibus occupabantur, nec causas orabant, fa- muli,

multi serui, opifices, operarum ingens numerus? quid feminae ac pueri? Sed & Galenus, Antiochum medicum ter die comedere asseruit, scilicet hora tertia vel quarta cibum sumere modicum, & septima prandere, vespere demum cenare: & Telephum grammaticum idem facere solitum: quem refectio-num numerum, alia tamen de causa, ab innumeris, praesertim pueris, seruis, & operis, seruatum esse, verisimile est: nam & hi necessario crebra refectio-ne egent, pueri scilicet ob natiui caloris copiam, serui, & alij ob labores. senes vero, & minus bene valentes, vt Antiochus dictus, & Telephus; quibus similes multi semper inueniuntur; quod calor est imbecillis, & crebro ac exiguo cibo melius sustinetur. Horam quoque tertiam intemperantium fuisse, verisimile est, cum id Antonio sit obiectum a M. Tullio, vt paullo ante notauimus: vt mirandum non sit, S. d Petrum; vt reliquos Apostolos defenderet; quos, tamquam musto repletos nonnulli ob linguarum varietatem, accusare non verebantur; quasi firmissimo argumento, dixisse, ebrios non esse, quoniam erat hora diei tertia, ante quam nullus hominum, licet intemperans, comedere, aut potare solebat: quamobrem Cæcilianum da Martialis fortasse accusauit, quod hora quinta ad conuiuium accessisset, clausa adhuc culina; intempestiue scilicet: nam vel citius, vel serius accedere debuisset: dixit enim: Mane veni potius, hora videlicet tertia: nam etsi temperantes, & sani homines eo tempore cibum sumere non consueuerant, minus tamen erat alienum a consuetudine: nam pueris, & imbecillioribus nonnullis cibo refici mos erat, quinta vero nemini. Itaque re diligenter perspecta, & expensa, dicendum existimo, cenae quidem tempus Romanis fuisse ab hora nona, ita vt ipsa nona complures, post eam vero non pauci, nonnunquam etiam magnis de causis aliqui nocte cenarent: quo illud Augusti pertinet in epistola ad Tiberium, cuius mentionem Suetonius fecit, ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbathis ieiunium seruat, quam ego hodie ser-

c lib. 5. de
san tu. c. 4.

d In actib.
Apostolo-
rum c. 2.

dd lib. 8.
epigr. 66.
Cane re-
pus apud
Romanos.

e in Augu-
sto.

uauī, qui in balneo demum post horam primā noctis duas
 buceas manducaui prius, quam vngi inciperem: testatur
 quoque Antoninum imperatorem^a Galenus, hyeme in pa-
 læstram ingredi solitum Sole occidente, æstate autem ho-
 ra nona, vel ad summum decima: illius autem ministros eo-
 rum corpora serius curasse: igitur Antoninus hora nona
 nunquam cenabat: nam cibus palæstram (in quam se non
 ante nonam conferebat) sequebatur: sed eodem loco Ga-
 lenus prodidit, plurimos, & pene infinitos, numquam, nisi
 sole occidente, hoc est post nonam semper, cibum sumpsis-
 se; illos scilicet, qui (inquit) alijs viuentes, toto die, mini-
 strare soliti, cum ad extremum diei a dominis discesserant,
 tunc denique sui corporis curam gerebant: verum hyeme
 quoque plurimos ante occasum solis cenare solitos, ^b Vi-
 truius docuit, cum triclinia hyberna solem spectare hy-
 bernum debere admonuit, quoniam vespertino lumine o-
 pus sit: etenim frustra hoc admonuisset, nisi cenandi tem-
 pus hyeme quoque solis occasum præuertisset: contra quā
 nostro seculo: nam tempore hyberno nocte vel multa sem-
 per cenatur: lucubramus quoque ante cenam, cum illi post
 cenam, siue ante somnum, siue post, nocte adhuc multa lu-
 cubrarent: quod intelligi potest ex illo Celsi ^b documento,
 si lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post con-
 coctionem; cur enim non ante cibum, nisi quia non erat lu-
 cubrationi locus, cum ante noctē plurimi cenarent. ^{bb} Do-
 mitianus non ultra solis occasum conuiuabatur. Sed habe-
 mus etiam Plinij secundi exemplum, qui ab eius nepote
 Plinio dictus est, æstate a cena luce surgere, hyeme vero
 intra primam noctis, lucubrare autem a Vulcanalibus ho-
 ra septima, vel octaua, sæpe etiam sexta, atque imperato-
 rem similiter lucubrantem adire ante lucem. Hæc de cena.
 Prandij vero tempus fuisse, dixerim, horam sextam, vel se-
 ptimam, quod Martialis vulgatissimo illo epigrammate, Pri-
 ma salutanteis, quietis tempus vocauit, Sexta quies lassis, se-
 prima finis erit: sexta scilicet hora, prandio primum, dein-
 de som-

^a lib. 6. de
 san. tu. c. 5.

^b lib. 6. ca.
 7.

Lucubra-
 tionis tem-
 pus.

^B lib. 1. c.
 2.

^{bb} Suetonius in Do-
 mitiano.
^c lib. 3. e-
 pist. ad Mar-
 cum.

Prandij
 tempus a-
 pud Roma-
 nos.

221 A ni 2

de somno in septimam recreabantur: octaua autem confe-
rebant se ad palæstram, & lauacra: Sufficit in nonam nitidis
octaua palæstris, inquit eodē epigrammate, & ^a alibi, Nun-
ciat octauam Phariæ sua turba iuuentæ, Et pilata redit,
iamque subitque cohors, Tēperat hæc thermas, & iterum
^b alibi, Octauam poteris seruare, lauabimur vna, scis, quam
sint Stephani balnea iuncta mihi, qui serius ibant, magno-
rum sui, tum amicorum, & ministrorum incommodo; quod
præter consuetudinem esset, hoc faciebant: itaque non est
mirari Martialem, de Fabiano cōqueri, quod hora decima,
vel serius in thermas illum sequi deberet. Lassus, vt in ther-
mas decima, vel serius, hora te sequar Agrippæ, cum lauer
ipse Titi. Sed ad rem. Catullus etiam ad Gellium, Mane do-
mo cum exit, & cum te octaua quiete, Et mollis longo su-
scitat hora die; significauit, tum mane post somnum noctur-
num, tum a meridie post quietem, & somnum meridianum,
candidis, ob impudicam utroque quietis tempore consue-
tudinem, labris viderit est autem necessarium existimare, &
intelligere, ante somnum meridianum sumpsisse cibum,
prandium scilicet, (vt ante dixi, & Plinij maxime exemplo
confirmaui) hora sexta: vel septima, vt Antiochum dixit
& Galenus prandere hora septima. Ex dictis autem de hora
tertia, par est existimare, illam ientaculo dicatam fuisse.
Merendam Festus testatus est, pro prandio ab antiquis di-
ctam, quod scilicet medio die caperetur: quasi iam eius
tempestate non amplius meridie, sed serius locum habe-
ret: itaque Nonius cibum dixit, qui post meridiem datur,
scilicet ipso meridie, hora sexta, vt dixi, prandium capie-
batur. Athenæus quoque significauit, inter prandium, &
cenam cibum solitum sumi, vocatum *δειπνόν* a quibusdam,
vt ait: ex quo fortasse in lexico vetusto græcolatino *ἀριστον*
δειπνόν verba est merenda: etsi minus recte Athenæus vide-
tur accepisse τὸ *δελνίας* apud Homerum, vt ante dictum est.
Comestationi noctem nonnulli tribuunt, cena tamen prius
assumpta: fortasse quoniam Suetonius de Vitellio inquit,
epulas

^a lib. 10. e.
pigr. 48.

^b lib. 11.
ep. 55.

^c lib. 5. de
san. tu. c. 4.
Ientaculi
hora & Me-
rendæ.

^d lib. 1.
dipnos.

Comesta-
tionis tem-
pus.

a lib. 6. de
lingua lat.

b lib. 1. de
studiorum
san. tu. c. 11.
c lib. 5. de
victu Ro-
manorum.
c. 5. & 12.

epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comestiones: cū enim, vt hic ponitur, cœnam comestio sequatur, in noctem incidat necessarium est. De Domitiano etiam inquit, conuiuabatur frequenter, sed non vltra solis occasum, nec vt postea comestaretur: et si alias fortasse pro quocumque intempestiuo, & minime sobrio conuiuio accipi potuit comestio, cuius origo nominis, Varronis a testimonio, Græcum est nomen *κῆμος*, lasciuiam præsertim, & procacitatem significans, cui nocte potissimum locus datur, vt Comus, pro Deo a veteribus Græcis habitus, in nocte cum facibus, & lampadibus pingebatur, comitante lasciuiorum iuuenum caterua cymbalis, crotalis, tibijs pulsantium clamore, & reboatu cuncta obstrepentium. Sed hæc, ad intelligendum mores, & ritus Romanorum, fortasse sunt, quam res ipsa postulat, pauciora; obiter enim in hunc sermonem incidimus; ad id vero ostendendum, quod volebam, fortasse plus satis: videor enim satis superque fecisse; ad ostendendum, antiquorum viuendi rationem (quod ad refectionum numerum attinet) a nostra diuersam non fuisse, & maiorem hominum partem sæpius die, natura veluti duce, cibum sumere consueuisse: quæ res; si modus adsit, adeo vt natura, & ratio quasi conspirent; salubrior est, quam semel tantum conuiuari, quemadmodum initio dixi, Hippocrate, & Celso auctoribus: quibus consentiunt recentiores plerique, maxime vero Marsilius Ficinus, & Alexander Petronius.

Cur salubrius sæpe, quam semel die comedere.

Cap. XV.



VIVS rei ratio explicanda iam est: etenim verum est, eum, qui cibum sæpius capit (modo nō amplius, quam natura ferat) pulchriorem, robustiorem, & seipso vegetiorem fieri, quam si semel

si semel tantum acciperet: hoc vero idcirco euenit, quod genus hominum similitudinem cum eo plantarum genere habet, cuius radices summas tantum occupant telluris partes: a quibus magna vi sol perpetuo humorem exhaurit: quamobrem assiduis quidem, sed moderatis imbribus indigent: assiduis, vt quod frequenti solis percussu subripitur, crebro pariter pluuiarum accessu cōpensetur: moderatis, quia humor nimius exiguum plantarum calorem facile extinguit, & illas, neque erigi, neq. finit aura perflari: modico autem proceriores euadunt, flores, atq; fructus tempestiue producant: quod si pluuiæ non sint, irrigandi necessaria cura succedit. Est igitur homini, sicuti animantium multis generibus, pro summa, & superficialia illa tellure (vt ita dicā) stomachus: qui in animali recēs edito perquam exiguus est, & caloris plurimum habet (nā quæ crescunt corpora, eum plurimum habent, vt Hippocrates monuit) quamobrem frequenti eget refectione: nā exiguum, quod capit, vi caloris ingēti cōfestim exhauritur: ne igitur corpus, si cibis defuit, absumatur (vti plātas humore deficiente arēscere manifestum est) frequentior esca præsidio est: vbi vero corpus iustum incrementum consecutum iam est, & si pauciore tum esca opus est (ideo enim Hippocrates paucioribus egere senes somnitiis scripsit: quia iam calor innatus paucissimus est) non tamen eo fit, quin præstet, sæpe, quā semel die, comedere: nā in senibus quoq; illud probandū magis est quod magis secūdū naturam est, cibum vero sæpe assumere, magis secūdū naturā est, quoniam iam inde ab ortu primo ad hoc nos inuitat natura, & necessario sic assuefacit, vt non facile sit ab hac consuetudine absq; periculo discedere: quo spectant ea, quæ dicebantur, cum initio secundæ contra continentiam rationi occurrebām: itaque senes quoque diutius seruabuntur, si sæpe, quam si semel comederint, modo mensuram non contemnunt: propterea nec omnino probandi sunt^a Arabes, qui statuerunt, ter biduo comedendum esse, vt altero die bis,

Auicenna
3. p. doctr. 2
c. 7. & 2
parte Can.
tice. Auerr.
roes 6. col.
c. 6. & ad
Cāt. Auic.
parte 2. tra.
cta. 1. com.
12.

Edaces.
Athletæ.
a 1. apho-
ris 3.

b lib. 3. de
rep.
c lib. 8. po
lit. c. 4. &
li. 4. de ge.
animal. c. 3.

d Horta-
tione ad
bonas ar-
tes.

e Galen.
lib. de san.
tu. ad Tra-
sybulum.

bis, altero semel cibum sumatur; nam, ut mensura, quæ cui-
que congrua sit; seruanda semper est, ita statuendum est,
crebrâ refectionem salubriorem esse. Nec me mouet, quod
aiunt, horis octodecim tertiam concoctionem compleri;
& salutare esse, illa perfecta, cibum sumi; nam spacium, pri-
mo, duodecim horarum arbitrio eorum definitum est: dein
de tertia concoctio non est expectanda, ut cibum accipia-
tur, sed fames, quæ primam concoctionem sequi solet: tum
cibos magis, quam tempus, metiri expedit: postremo, nec
primam concoctionem expectandam esse, ut tuto cibum su-
matur, nec semper, aut plerumque noxium esse cibum, qui,
priori nondum concocto, sumitur, ea ostendunt, quæ, de ci-
borum ordine differentes alio loco digestimus. Sed illorū
commoda, qui sæpe, & modice semper comedunt, & simul
incommoda illorum, qui raro quidem, sed intemperanter
explentur, superius exposita sunt. Iam de illis aliquid dicā,
qui raro, & parum, deque illis, qui sæpe, & multum acci-
piunt. qui sæpe, & multum priscis temporibus comedebāt,
fuerunt potissimum Athletæ: de quibus Hippocrates, qui vi-
xit, quo tempore gymnasia, & ars gymnastica vigeat; illa
nobis reliquit, Habitus gymnasticorū, qui ad summum de-
uenere, periculosi, si in extremo constiterint. Plato^b athle-
tas somnolentos, & habitu esse ad sanitatem dubio testatus
est. Aristoteles^c dixit, sæpe numero Athletis formas cor-
rumpi, & dissimiles euadere: quin & corporum incrementa
intercipi, argumēto, quod illorum, qui Olympia vicerunt,
vix duo vel tres reperti sunt, qui iidem adolescentes, & viri
sint victoriam consecuti. Galenus^d athletas, qui iam ab eo
studio recederent, plerosque dixit breui periisse, & qui se-
nes euadebant, miseriam senectutem duxisse, lippos,
edentulos, & vacillantibus membris: ex ijs vero, qui se exer-
cebant aliquos^e repente obmutuisse, aliquos sensum, at-
que motum amisisse, & omnino attonitos euasisse, aliquos
denique (qui scilicet leuius offendeantur) sanguinem
aut vomuisse, aut exposuisse: reliquos vero, qui Athletæ nō
erant,

erant, & sepe, ac plurimū comedebant, vitæ breuioris extitisse, morbis obnoxios fuisse, & ex ijs multos repente suffocatos occidisse, facile credimus experimentis nostri seculi commonefacti: neque enim opus habemus exemplis veterum heluonum, vt fiat nobis huius rei fides. Sed a Celsi auctoritatem non prætermittam dicentis, ea corpora, quæ more athletarum repleta sunt, celerrime & senescere, & ægrotare: cumque de edacibus hæc dicantur, ne sibi persuadeat quisquam, bibaces fore immunes. Qui bibaces, & edaces simul sint, nō adeo multos reperiēs, immo scriptum est ab Hippocrate, b hoc fieri nō posse, οὐ γὰρ οἶόν τε ἀμὰ πολυβόρῳ εἶναι καὶ πολυπότῳ: sed fieri nō posse, intelligimus, quod rarissime fit, vt alibi c notabamus: nam instar monstri est, quod de Milone Crotoniata, & Maximino Romanorum imperatore proditum est, de quibus antea quoque diximus: tamen si qui vtroque delinquunt, grauioribus malis obnoxij sunt: nam qui altero tantum peccant, hi quoque periclitantur, nec bibaces securiores edacibus credendi sunt: nā etsi vinum facile venas subit, & inde prompte ad vrinæ vias defertur; quo remedio potores immodicæ potationi solēt sufficere, vt vomitu edaces voracitati (quamuis vomitus magis, quam mictus in nostra sit potestate, & idcirco ebrietas difficilius vitari possit, quam cruditas ex edacitate) quapropter notatū est ab a Aristotele, oleū aduersus ebrietatem conferre idcirco, quod habet facultatem prouocandi vrinam; etenim δρόπιν οὐρετικόν ἐστίν; licet igitur vinum mingatur facile, contra vero cibus, quo copiosior est, eo diutius in corpore moretur: atque ideo lædi minus bibaces à vino, quam edaces à cibus facile aliquis crederet; nihilo minus tamen non leuiores sunt bibentium incommoda, quā comedentium, nisi etiam grauiora sint: etenim grauius is peccat, qui corpori simul, & animo iniuriam infert; quod vinum facit immodice sumptum; quam qui soli corpori nocet: a potu autem nimio animum lædi, ex delirio constat, in quod per ebrietatem incurritur: corpori iniuriam fieri à vi

a lib. 1. c. 2.

Bibaces.

b lib. de
aere, locis,
& aquis.c lib. 3. c. 2.
variarū ob-
eruatiōnū.d 3 probl.
vlt.

nolentia. notissimum etiam est, Aristoteles ^e testatus est, ebrios fieri tremulos, balbutientes, laterum doloribus, cæterisq; huiusmodi morbis citissime capi: quod si casus etiā repentinos, & subitas mortes inspicias, non minus inter potiores eas reperies, quam inter edaces occurrant: nam si Valentinianum, & Iovinianum cibo nimio exanimatos legis, inuenies etiam reges, qui à vini potu vel repente exspirarunt, ut de Andebunto Anglo scriptū est: vel letali morbo correpti, paullo post obiere, quod de Alexandro Macedone aliqui tradiderunt. Domitium Afrum clarum oratorem, cibo nimio cenantem obiisse, legis apud ^a Eusebium: & Arcesilam, philosophum nobilem, mero nimio infuso ebrium vitam profudisse, Diogenes scripsit in eius vita: confirmat hoc Alexander auctor problematum libro primo, ubi querit, multi cur ebrij mortui sint: non enim querendum fuit, cur moriantur, nisi pro comperto habuisset, multos ea de causa periisse. Socrates autem apud Xenophontem ^b dicebat, nimio potu corpora nobis, & animas perturbari, atq; adeo respirationem quoque impediri, ut ne sermonem quidem edere valeamus. Nec cibo vinum ideo præferri debet, quod celerius nutriat, quam cibus: nā cibus nutrit magis: nam ad nutriendum, non requirit solum natura, ut fames eximatur; quod vinum etiam facit, ut Hippocrates ^c obseruauit, & scripsit; sed ut eiusmodi re eximatur, quæ possit diu animal sustinere, ad cætera munera, quæ necessario sunt obeunda: maxime vero ad generandum: cui rei potio idonea non est, sed cibus, qui ideo etiam magis est necessarius, quam potus: itaque & robustiores homines fieri videmus cibo multo, quam potu multo, sic athletas cibi potius studiosos, quam potus nouimus, quam obrem dicta est *αἰαγροφύλα* a cibo, non autem *αἰαγροποσία* a potione: audaciores vinum efficiet quidem; nam insaniam inducit; ut dixi, & audacia pro insanie foribus stare videtur; audacem Aristoteles ^d dicebat eum, qui in periculis nimium sibi fidit, quod si quis pericula etiam ignoret, omnemque formidinē adeo deposuerit,

e 3. probl.
1. 5. 6. 25.
30.

a Chroni-
cis.
supra 2.
5. 3. 1. 1. 1.
do insinuat
demonstrat

b Sympo-
sio.

c 2. aph. 21.
1. 1. 1. 1. 1.

Cibus, quā
potus, ma-
gis necessa-
rius.
Cibus ro-
bustiores,
vinum au-
daciores ef-
ficat.

d lib. 3. de
moribus ad
Nicomacha-
chum.

deposuerit, vt nec terræ motus timeat, nec procellas; hunc
 insanum appellat; audaciores, inquam vinum efficit, sed ad
 labores, & ad ferēdos impetus, minus, quam cibus, idoneos
 reddit: & quamquam dictum est, sine Cerere, & Baccho fri-
 get Venus, scire tamen licet, eam calere in ijs minus, qui
 Baccho multo, quam multa Cerere gaudent: propterea vi-
 nolenti iure ab Aristotele ^a inepti ad Venerem dicuntur,
 semineque esse infecundo, quod & Plutarchus ^b repetit:
 sed & Aristoteles adiecit, semē necessario a cibo proficisci,
 τὸ σπέρμα ἐκ τροφῆς: quod est valde probabile: nam crassa est
 seminis substantia, & ideo ex crassiori corpore copiosiorē
 eam, & crassiorē, atque ideo fecundiorē prouenire, ra-
 tioni consentaneum est: & licet Aristoteles vsus sit nomine
 τροφῆς; quod proprie non significat cibum, vt à potu distin-
 guitur, sed communiter, & vniuerse pro alimento (vinum
 vero est quoddam alimentum) accipitur; tamen scire est, in
 problemate ^d altero; vbi similiter quæritur cur ebrij ad ve-
 nerem idonei non sunt; in eodem sensu σπέρμα legi, quæ vox
 proprie cibos significat, vt a potu, & vino disiunguntur: a ci-
 bis autem, semen similiter dicit venire, ἐκ τούτων, itaque al-
 tero problemate τὸ τροφῆς pro cibo priuatim videtur accep-
 tum. Nec his repugnat S. Paulus ^e inquitens, nolite inebria-
 ri vino, in quo est luxuria: quoniam non minus cauendas
 monuit ^f comesationes: & animaduertendum est, lasciuia
 ab hilaritate facillime prouocari, vinum autem excitare
 hilaritatem promptius, quam cibum: itaq; videri obuium
 magis, ac promptum ex vini potu luxuriæ peccatum, quā
 ex cibo. Sed non ideo fieri, vt veneri vinum aptiores homi-
 nes reddat: sed contra accidere, nam vt celeriter ex vino li-
 bido nascitur, ita celeriter emoritur: & procedente ebrie-
 tate omnino Venus extinguatur: nec id solum de summa, &
 vehementi ebrietate intelligendum est, cum iam corpus
 dissolutum consistere non amplius potest; etenim nemo
 negabit, tum venerem penitus elanguisse, ac solutam es-
 se: sed gradum ebrietatis intelligimus, cum ebrius etiam

ἐν δὲ

I 2

consistit,

^a sect. 3.

pro. 4. 11.

& 32.

^b Sympo.

3. prob. 5.

^c sect. 3.

probl. 11.

Semen a ci-

bo.

^d sect. 3.

prob. 32.

^e epist. ad

Ephelios.

c. 5.

^f epist. ad

Romanos.

13. & ad

Galathas.

5.

consistit, & Venere vti potest, nisi vis eius vino fracta esse nec S. Paulus ait, in ebrietate luxuriā esse, sed in vino specieatim: dum enim accingit se potor ad ebrietatem, primo hilaritatem percipit, quæ lasciuia, & Veneris desiderium concitet: quamobrem cum vitanda per se ebrietas est, nam turpissima est, & hominem dedecorat; quod silentio Apostolus prætermisit; tum vitanda est, quia luxuriæ obnoxij efficiuntur potores, dum ne eo prouehantur bibendo, ut dissoluti procumbant, & obdormiscere cogantur: quæ igitur ex vino est, libido, celerrime frāgitur: at ex cibo firmior est, diutius consistit, & semen facundius efficitur: cum igitur debilius ex vino nutrimentum nobis adueniat, necessarium est, ut vinolenti corpore infirmiore sint, & ob id etiā morbis obnoxij, magis: nā illud Celsi^a verum est, omnibus morbis infirmitatem seu imbecillitatem maxime obnoxia esse: & est notatum, ac litteris^b traditum, vinolentos senectutem accelerare, intempestiua caluitie deformari, canos ante tempus producere: imbecilliores autem, si qua re peccent, grauius lædi, quam robustiores, colligimus ex Hippocrate, qui tenuem victum paullo pleniore, dixit, esse periculosiorem, quia natura, ut Galenus interpretatus est, uictu tenui debilius redditur: verum est, uinum facilius foras elabi: nec male scriptum a Celso^c putandum, si qua intemperantia subest, tutiorem esse in potione, quam in esca: nam stomachus illorum, de quibus loquitur, imbecillis facilius ab immodica uini expletione, quam cibi, se expediet; debilius enim alimentum robustiore melius, & facilius conficitur; si uero huiusmodi sit in potione intemperantia, aqua facile se expedire non possit, eam non leuiora excipient damna, quam a cibo nimio proficisci cōsueuerint: illorum igitur, qui multum, ac sæpe tum comedunt, tum bibunt, damnanda est uitæ ratio, eaque morborum periculis maxime subdita existimari debet.

a lib. i. c.
3.

b Plutar-
chus. symp.
Dec. 3. pro.
5.

c lib. i. c. 2

Victus

*Victus nimis tenuis damnatur.**(ap. XVI.)*

ED neque laudare, neque imitari, alios debemus, qui tenue, & exiguum alimentum, & raro accipiunt: quicquid enim extra mediocritatem est, & ad extremum alterum vergit, vel in eo consistit, periculosum est: quia summa damnatur satietas, expletioque, idcirco Hippocrates, summe tenuem, & maxime exquisitam viuendi rationem, non in ægris tantum damnauit, sed in sanis quoque periculosam esse notauit: nam qui ita vixerint, nullum iniuriæ genus vereri non debent: nullumque vel leue peccatum est, a quo grauius offendi non possint: repentina quæuis aeris mutatio, exercitatio, aut labor paullo vehementior, conuiuium paullo lætius, somnus paullo breuior, tristis nuncius nõ magnæ etiam rei, quoduis denique, quod in alteram partem modice declinet, obesse vehementer potest: neque hi, libere ijs fungi muneribus possunt, quæ hominibus maxime conueniunt, res domesticas curare, amicis præsto esse, Rempublicam adiuuare; quibus qui operam dant, ij tot repentinis, & tam diuersis casibus expofiti sunt, vt, si tam tenui, & exquisito victu vtantur, ne paucis quidem diebus res eas tractare tuto possint: sed debent (si sanitate frui velint) in summa quiete, & in eodem tenore, ostreæ, vel stirpis instar (vt Plutarchus dicebat) seorsim ab amicis, & ab omni publico munere, semper degere: quod si non sit solum victus tenuis, sed etiam raro cibus, & potus sumatur: vt semel die, vel alternis, vel rarius (si humano more iudicandum est) maius quoque periculum imminabit: nec aliquis hoc vitæ genus suscipiet, qui in humana societate sese velit cæteris hominem præstare: in eo se poterit exercere, qui in aliquo secessu, humanis rebus cunctis

a lib. 2. de
victu in a-
cut.

edq. 1. 2
2. 3. 4

Consuetu-
do ut mu-
tanda.

b lib. 2. de
victu in a-
cut.

c 2. aph. 51.

Conclusio
omnium,
que dicta
sunt.

Etis posthabitis, vnam, æternamque illam (quam tamen omnes desideramus) beatitudinem versare animo velit, Deumque O.M. contemplari, & summa atque innumera in homines collata eius beneficia recolere, atque omni studio & opera eiusdem cultum prosequi, eundemque assiduis precibus tum sibi, tum reliquo humano generi propitium reddere, ac conciliare: quod monachi quidam præsertim Aegyptij olim factitarunt, ut sacrae historiae auctores testantur: alioqui nota, Hippocratis sententia est, semel die cibum capere, *μονοσπίλω*, gracilitatem inducere, & exsiccare: quoniam efficit, ut carnis humor ab animali calore consumatur, de qua re initio in quinta argumentatione dictum est; quid ergo fiet, si tantum alternis diebus, vel rarius, & parce quoque cibus sumatur? iam vero nihil dicendum est de ratione, quæ habenda ætatum est, temperaturarum, habituum, anni temporum, & consuetudinis: nam generatim hoc agimus, ut ostendamus, cibum nimis tenuem promiscue in omni ætate, & temperatura, & habitu, & anni tempore, uti etiam nimis liberalem fugiendum esse: de consuetudine illud solum admonendi sumus, ne repente vel ab edacitate, vel ab inedia consueta, ad exquisitam, & congruam mediocritatem, sed insuetam, nos referamus, nam, *πάντα*, inquit ^b Hippocrates, *ἑαπίνης μείζω πολλὰ τε μετρίως μεταβαλλόμενα ὅτι τὰ καὶ ὅτι τὰ βλάπτει*: quæ repente multo extra modum in hanc, vel in illam partem permutantur, nocua sunt: sed debemus paulatim vel demere, vel adijcere: omne enim, quod multum est, ut ^c alibi dicit, naturæ est inimicum, quod vero paulatim fit, periculo vacat. *πάν το πολὺ τῇ φύσιν πολέμιον. τὸ δὲ κατ'ὀλίγον ἀσφαλές*: Hactenus igitur ostensum est, continentiam posse nobis magno, ac præcipuo ad bonam valetudinem auxilio esse: nec diutius posse inediam sine periculo ferri: ac satius esse, bis die, vel sæpius; sed modice semper; quam semel; siue multum, siue exiguum; aut sæpe, sed nimium comedere.

De cibi, & potus mensura.

Cap. XVII.



HOC autem loco non intempestiue aliquis quæret, quæ nam tum cibi, tum potionis mensura seruanda sit, quisve in his modus sit adhibendus: quamuis enim ridendum nonnullis videatur, certa quadam mensura, cibum, potumque accipere; & reuera risu dignum sit, si quis altera manu stateram suspendat, altera vero de statera cibum ori admoueat; animaduertere tamen expedit, sumi nihil a nobis, etiam non animaduertentibus, nisi mensura quadam certa, & certo pondere: siue enim paterfamilias suis domesticis, siue dominus seruis, villicus rusticis, caupo hospitibus, princeps aulicis suis alimenta præbeat, certo semper pondere, ac certa præbet mensura: si item a pistore panem emas, carnes a lanio, in macello, pisces, & uinum in caupona, certa numerata pecunia certum cuiusque rei pondus datur: itaque a nobis, uel inscijs, pondere, ac mensura omnia sumuntur: propterea factum puto, ut quod uiritim pro alimento dabatur, Demensi nomen acceperit: scilicet a metiendo potius, quam a mense, sicuti demensa uerba Cicero appellat; alienum ergo non videbitur, si de cibi, ac potus mensura nonnihil differuerimus.

Demensu.

Cibi, & potus antiquorum mensura cum nostra comparatur. Cap. XVIII.



APRIMUM non erit inanis fortasse labor, perquirere, & explicare, an in vulgari cibi, & potus modo alia vetustiorum, quam nostri temporis ratio exstiterit: ut deinde commodius exponatur, quid a sanitatis conseruandæ studio

Panis de-
mensum
apud anti-
quos.
Chœnix.

Budæus
lib. 5. de af-
fe.

a lib. 7. epi-
dem.

diſo faciendum ſit. Et quia de moribus antiquorum ſin-
gendum nihil eſt, non poſſumus aliquid affirmare, niſi quod
litterarum monumentis traditum reperimus: inde igitur
colligimus, vulgare Demenſum panis, quod olim pro diur-
no cibario viritim dabatur, fuiſſe Chœnicken, ſeu quantum
chœnice capiebatur: notum eſt autem menſuræ genus chœ-
nicen fuiſſe, quæ iſſis quoque Homeri temporibus, vel an-
tiquioribus in uſu fuit, ut ſibi facile iſ perſuaſerit, qui libro
Odyſſeæ decimonono legerit, οὐ γὰρ ἄεργον αἰέξομαι, δοκεῖ μὲν
γὰρ χόινικος ἀπαιτῆται, καὶ πολλὸν ἐν εἰληλουδαῖς: quod eſt, non patiar
illum, qui chœnicken meum attigerit, ceſſare, quamvis e lon-
ginqua regione aduenerit: quæ verba Telemacho Ulyſſis
filio attribuuntur, ubi Didymus Homeri interpres indicat,
menſuræ nomen, chœnix, pro eo poſitum, quod menſura
capitur, itaque uel pro pane uel pro panis materia: quam
menſuram nonnulli tandem eſſe arbitrantur, quæ Hebrai-
ce חֶמֶץ Homor uel Gomor dicta eſt, cuius mētio ſape qui-
dem in Sacris litteris habetur, ſed potiffimum libri Exodi
capite ſextodecimo, uidetur pro illa accipi menſura, qua
Dei præcepto manna in dies ſingulos uiritim colligeba-
tur: licet alij plus, quam chœnicken continuiſſe tradiderint:
illud nobis compertum eſt, Herodotum libro ſeptimo mi-
rari, Xerxem tanto exercitui potuiſſe alimenta ſuppedita-
re; & volentem Herodotum alimenti illius inire rationem,
hoc ponere, Tritici, ſcilicet, chœnicken a quoque milite in
dies ſingulos acceptam: notaui etiam vnum apud Hippo-
cratem Eratolai ægritudinem deſcribentem, quod huc
ſpectare uidetur, illum enim, dixit, cibum ſemel die ſum-
pſiſſe ad vesp̄eram, & panis menſuram ſubcineritij fuiſſe di-
midiam chœnicem, ἐμοι σίται δὲ, inquit, εἰς ἑξῆς. ἄρτος ὡς ἡ μ-
χόινικος ἐγκυφίης: ut probabile ſit, diarium panis demenſum
integrum ab Hippocrate quoque chœnicken exiſtimatum:
quando, qui moderatius & ſemel die uſcebatur, ſemichœ-
nicen ſumpſiſſe notauit: ſed & poſteriores Græce linguæ
interpretes, cibarium diurnum dixerunt, chœnicken voca-
ri: quam.

ri, quamobrem apud Athenæum ^b nescio quis pro chœnice nomen aliud effinxerat, *ἡμεροφίδια*, ac si diceres, Diurnicibum: & Laertius Diogenes in Pythagora; cum interpretatur illud; super chœnice ne sedeto; significare futurorum æque ac præsentium curam habendam esse, *ἢ γὰρ χοίνιξ*, inquit, *ἡμερήσιος φῶφῆ*: cibus diurnus. capiebantur autē chœnice sextarij bini, ut multis Budæus ^c ostendit, & Epiphanius ^d perspicue tradidit, & si partem exiguam ad binos sextarios adiecit: quam ob rem non est Gaza audiendus, qui pro chœnice sextarius vertit apud ^e Theophrastū. Sextarius vero duodecim cyathos continebat. Cyathus, Hesychio auctore, uncias duas, uel, ut Festus significauit, vnciā, & vnciæ paullo minus quam dodrantem: ut videlicet sextario contineantur vnciæ vigintiquattuor cum Hesychio, aut viginti cum Festo: erunt igitur in chœnice vnciæ vel octo ultra quadraginta vel solē quadraginta. Ex quibus (quod mirari licet, à Budæo prætermissum) quattuor Athenis magni panes conficiebantur (est sermo de panis materia) octo vero parui, ut Aristophanis enarrator Vespis notauit, ad illa verba *πέντε τρεῖς εἰς τὴν χοίνικα*. Cibus igitur diurnus, & vulgaris quattuor panes fuere, quorum singuli ex farinæ tritici libra, vel libræ sexstantibus quinque conflabantur: a qua ratione parum, aut nihil distat, quod à Catone scriptum est, libro de re rustica. nam ijs, qui in familia villici opus facerent, in singulos menses hyeme dandos scribit tritici modios quaternos: modius autē capiebat octo chœnicas: fuere igitur dandæ in mensem duæ chœnices supra triginta: videlicet, in singulos dies chœnix, & libræ fere quadrans: cui mensuræ per æstatem semodium addebat, quo quattuor chœnices continentur, libræ videlicet sedecim, ut scilicet selibram in singulos aestatis dies amplius, quam hyeme, præberet: rursus compeditis per hyemem dabat pondo quaternas; in dies scilicet; est autem pondo libra. Vbi vineam fodere cæpissent, dabat pondo quina, idest libras quinque: ijs vero, qui minus fatigabantur,

^b lib. 3. di-
pnoct

^c lib. 5. de
asse.

^d lib. de
mensuris,
& ponderi
bus.

^e lib. 8. de
hist. plant.
c. 4.

tur, villico, villicæ, epistatæ, opilioni modios ternos in
 menses singulos, vt in dies acciperent libras ternas, & cir-
 citer sextantem, vncias, inquam, duas de quadraginta:
 a lib. 8. de quibus similia accipimus á Theophrasto, a qui athletas
 hist. plant. sesqui chænicem absumere solitos testatur (quantum cō-
 c. 4. pediti apud Catonem, quando fodere vineas cæpissent) li-
 bras videlicet quinas, boni tamen tritici, quale apud Bœo-
 tios nascebatur: namque vbi leuius triticum erat, vt Athe-
 nis, ijdem libras octonas & trientem absuebant, οἱ μὲν ἀθ-
 ληταὶ ἐν τῇ βοιωτίᾳ τριμυχοίνικα μόλις ἀναλίπυσιν, ἀθῆναζε δὲ ὅταν
 ἔλθωσι, πενθημυχοίνικα ῥαδίως, vbi perperam Gaza pro chœ-
 nice sextarium accepit, quia est chœnix semisextarius, vt
 ex dictis antea notū est, itaq; illa τριμυχοίνικα, πενθημυχοίνικα
 vertenda sunt, tres semisextarios, & quinque semisextarios:
 quāobrē in hac panis ratione visi sunt Græci cum Romanis
 cōuenire. De pulmēti autē modo, res non est tā manifesta:
 idē Cato inquit, vbi oleæ comessæ erunt, halecen, & acetū
 dato, oleū dato in menses vnicuique sextariū: salis vnicuiq;
 in annos modium satis est: hæc ait, ex quibus conijcere li-
 cet, perquam exiguum huic hominum generi obsoniū dari
 solitum: oleæ quantum dederit, non exposuit: in alijs rem
 aperuit: halecen, & acetum, inquit, dato: halecen hoc loco
 interpretantur genus pisciculi & vilis, & minuti: at vnus ha-
 lex cum libris quatuor, vel vncijs panis quadraginta con-
 ferri vix potest: oleum hic non ad lucernas datur: est enim
 sermo de pulmentario propositus: cum autem olei sexta-
 rius in mēses daretur; quod in annos modij dodrantem im-
 plet; id quod pro diurno obsonio dabatur, vix uncix do-
 drantem superabat; si uidelicet, sumas cyathum, de Hesy-
 chij sententia: alioqui minor adhuc modus fuisset; quinque
 uidelicet drachmarum, & tertiæ partis drachmæ, cum in
 uncia drachmæ octo contineantur. Sal Græcis quoq; erat
 obsonium, ut ex Aristophanis Acharnensibus intelligimus
 quando cum cæteris obsonijs ibi recensetur, ἡ χοιρίδιον, ἡ σκό-
 ροδον, ἡ χόνησπος ἀλός, & a Platone a in obsoniorum suæ rei-
 publicæ

a lib. 2. de
 rep.

publicæ ciuibus apponendorum numeratur, ὅσον ἔχουσιν ἀ-
λας πη, δηλονότι, καὶ ἡαίας, καὶ τυρόν, καὶ βολβοίς, καὶ λάχανα: erat
etiam Persis, ut Strabo ^b testatur inquiring, ἢ δὲ καὶ τῶν ἡμερῶν
διαίτα, ἄρτος μὲν τὸ γυμνάσιον, καὶ μάζα, καὶ κέρδημον, καὶ ἀλῶν χρόν-
δροις, καὶ κρέα ὅπλα, ἢ ἐφθὰ, ποτὶν δ' ὕδωρ. de Romanis uero Pli-
nius, ^c inquit, Varro etiam, pulmentarij uice usos ueteres,
auctor est: esitasse enim salem cum pane, & caseo, ut pro-
uerbio apparet: hoc autem confirmatur dicta Catonis au-
thoritate. Sed & Christiani maiores nostri salem cum pane
olim ieiunij quibusdam temporibus comedere consueue-
runt, quod apud Epiphanium ^d me legisse memini: & nota
est Montanistarum hæreticorum Xerophagia ex Tertullia-
no: qui pane solum, & sale, ac leguminibus uescebantur, &
aquam bibebant: dato, igitur, in annum salis modio (ut ait
Cato) si ratio dierum ineatur, diurni olei modum, a Cato-
ne propositum, salis modus boni ponderis drachma supera-
bit: quæ res minima est, & hunc in modum dici potuit, obso-
nium cibi fuisse uehiculum, cibique nomine panem pro-
prie uenisse: quoniam Græci σιτίον, & σίτον genere neutro ci-
bum uocant, σίτον uero genere masculino frumentum,
quasi σιτίον dictum sit, quoniam illius materia est σίτος, id est,
non solum triticum, sed omne frumentaceum, ut Suidas te-
statur: obsonio tamen omnes non indigebant: est enim tri-
tum, & uulgatissimum illud a Socrate dictum, se obsonare
ambulando famem consueuisse: quamobrem concludi po-
test, ueteres illos Romanos, & Græcos existimasse, solidi ali-
menti pondo quaterna in dies satisfacere posse: & credide-
rim illos, qui pulmentarijs uberius uescebantur, quantum
pulmentarij sumebant, tantum de pane detraxisse: illos sci-
licet, qui politiozem, & delictiozem uitam uiuebant, ut
scilicet plerique uel naturæ instinctu, uel peritorum consi-
lio, eam sibi ciborum mensuram præfiniuerint, ut quaterne
in singulos dies libræ confici possent, quasi calor innatus ui-
sus sit, posse singulis horis sextantē concoquere, quemad-
modum certo spacio, & tempore, certa frumenti mensura

b lib. 15.

c lib. 31.
c. 7.

d lib. 3. cō-
tra hæreses
ad finem.

e lib. de
ieiunio cō-
tra Psychi-
cos.

Obsonium
cibi vehicu-
lum.
Σιτίον σίτον
σίτος

a lib. 2. de
Nat. Deor.

a Ezechiel,
c. 4.

b lib. de
mens. & po
derib.

c ad psal.
137. to. 8.

pistrino molitur, ut non sit facile, in Cleanthis sententiam discedere, qui negabat (ut refert ^a Cicero) ullum esse cibum tam grauem, quin is die, & nocte concoquatur; nam si grauitatem cibi, atque copiam non coniungebat; hoc non erat magnum, ad vim caloris ostendendam, argumentum: quicquid enim sit, quod concoctionem admittat; si sumatur exiguum, & alia, quæ una sumuntur, pauca similiter existant; non solum die, nocteque concoqui dixerim, sed nullam quoque habere admirationem: at si multum, & intemperanter, & immodeste; quod non raro fit; ingeratur; multos, opinor, inuenies, qui se die, nocteque non concoxisse testabuntur, quod vero dixerim, cibi solidi libras quaternas, communem mensuram, quæ in dies sumebatur, apud veteres extitisse huic non repugnat ^a Sacrorum librorum auctoritas tradentiū, Ezechiel antiquo vati Deum cibi diurni mensuram præscripsisse stateras viginti, quæ mensura, quam libra, minor est; nam singulos stateres semunciam pendere, auctorem habemus ^b Epiphanium, & ^c Augustinum, præter ea, quæ Budæus notauit libris de assē: hoc, inquam, non aduersatur dictis, quoniam alia est vulgaris ratio, quam illorum, qui pietatis ergo, ad scelorum expiationem, & ad Dei O. M. conciliandam mortalibus voluntatem, & gratiam, parce, ac duriter viuere debent, & solent, ut dictus vates. Si igitur antiquorum in cibo mensurando rationem cum hac, qua nos utimur, conferre libuerit, illi maxime propinquam reperiēs: nam passim ita viuunt, ut in singulos conuietus panis libra plus minusve offeratur, carniū vero, aut piscium selibra, siue dodrans: quibus addi solet, quod primo cibo; ut salsa-mentum, aut legumen, aut olus, aut aliquod frumentaceū ex iure, & id, quod summo cibo sumitur, ut caseus, aut pomum: quæ libras circiter quaternas pendere, si periculum feceris, inuenies. Hæc de cibis. Sed nec alia portionis ratio videtur esse: nam vini in singulos dies cuique dari solent libræ fere quaternæ: & qui modeste, & frugaliter viuunt, ter quaterue vno conuietu bibere solent, ac quælibet portio seli-
bram,

bram, plus minusve pendet, adeo ut potus fere ciborum
 mensuram exæquet. Hæc nostrorum vulgata ratio est.
 Cato capite quinquagesimo octauo de re rustica, alias
 dandam dicit heminam in dies, scilicet hyeme, absum-
 pta lora: alias sextarium, Vere videlicet, Februario,
 Martio, Aprili, Maio (ut mihi videbatur) alias sesqui-
 sextarium, scilicet quatuor, qui dictos sequuntur, men-
 sibus, in fine quorum vindemia fieri solet; quibus mensibus
 plus etiam panis, quam ante, præbendum monuit: ex qui-
 bus apparet, apud illum potionis modum a ciborum men-
 sura superari: nam, quo tempore plus vini exhibet, vix libras
 exhibet ternas; cyathum enim si binas uncias cepisse sumas;
 in sesquiseptario (quæ maxima eo loco mensura a Cato-
 ne posita est) ternæ tantum libræ capi potuerunt: sed aliquis
 non male diceret, sermonem Catoni de meraco esse (nam
 eo loquitur tempore, cum iam est absumpta lora) cui aquam
 arbitratur suo ita quisque miscuerit, ut potum cibo æqualem
 reddere potuerit. Itaque locum Catonis non pugnare cum
 nostra sententiâ; videlicet ut cibi, ita potionis illorum modum
 nostro parè exstitisse. Sane Cæsar Augustus (quod testimo-
 nio Suetonii perspicuum est) parè tum comedere, tum po-
 tare consueuerat: bibebat autem in singulos conuictus, se-
 misextarium; aut si liberalius bibere statuisset, sextarium;
 sic etiam fercula modo præbebat terna, modo senas, quo scilicet
 largiorem cibum potus quoque largior diluere pos-
 set; edere autem solebat panem secundarium, pisciculos mi-
 nutos, caseum bubulum manu pressum, ficusque (suo scilicet
 tempore) virides, quæ viuendi ratio non videtur ab ea
 esse dissimilis, qua nostri, qui modeste, & temperantes vi-
 uunt, uti solent: qui raro vini meracioris plus, quam hemi-
 nam (sic posset vocari minor hæc mensura, quam *folieta*
 vocamus) sæpe minus bibunt in prandia singula, atque ce-
 nas: quod si edaces, & nostri seculi helluones, atque poto-
 res egregij cum antiquis conferendi essent, facile ostendi
 posset, ne hac quidem laude nostros à veteribus superari:
 olim

p. 111. A. 4
 lib. 1. cap. 58.
 de re rustica.

a Aelianus
lib. variz
hystor. 12.

Olim ego iactantem noui parasitum, quod in cena, summo cibo, dulciaria id genus, quæ *papardelle* Romæ dicuntur, quingenta comedisset; quæ singule semuncia fere pondus habent; ac bibisse vini mensuras circiter quinque, quas Romæ *boccali* vocant, quantum duo fere antiquorum congii capiebant. Sed & noui nobilem Germanum Othonis Cardinalis Augustani familiarem, qui, cum magnâ sanguinis vini aluo deiecisset, roganti medico narrauit; cæna se hesternâ vini boccalos duodecim hauisse, scilicet congios fere quaternos: ut Nouellium Tricongium superauerit: nec dubito quin aliquis etiâ existat, qui cum Rhodio Xenagora certa re possit, cui cognomen ab amphora, quam totam hauriebat; *αμφορεα* inditum esse, tradiderunt. Sed inter edaces nobilissima femina, quæ, me hæc prodente, viuebat senex, singulis diebus capos pinguisimos binos totos comedere, & ex cæteris edulijs (regio more instructa mensa) partem bonam absumere. Verum, cur eadem non debet esse, tum cibi, tum potionis mensura hisce postremis, quam prioribus illis temporibus fuisse legimus, siue moderatos, & continentes, siue contra incontinentes homines respexeris? nonne genus hominum est idem, & natura eadem? proculdubio eadem figura, & magnitudine, eisdemque præditos facultatibus stomachos fabricatur natura: quamobrem ut eadem, qua priscis temporibus, necessitate ad famis, sitisque remedia adduomur, ita eadem mensura expleri naturaliter possumus. Neque antiquiora secula accusanda magis sunt, quàm nostra, quod apud vetustos auctores, crapulæ, & ebrietatis mentio fiat; quoniam hodie quoque sunt gentes, quibus maxime familiaris ebrietas est, quæque vetusto Scytharum more meracum immodice potant.

Qua

Qua mensura cibus, & potus sit sumendus.

Cap. XIX.



M ergo par videatur cibi, & potionis modus noster, & antiquorum, quid agat is, qui est de sanitate sollicitus? non ille quidem Græcos imitabitur; quos Lacedæmonijs Xenophon comparabat; debere quemque comedere, & bibere, quantum capere venter possit: quod Lyncurgus, cum bonæ valetudini aduersari, animaduertit, tum vitæ muneribus obeundis impedimento esse, quæ vel ieiunum, vel cibo moderato refectum hominem requirunt: itaque Lyncurgus instituit, Lacedæmonij ut cibi tantum capere assuescerent, quantum satis quidem esset, ne vacui forent, sed ut ex repletionem onus euaderent, atque, si necessitas posceret, ieiuni possent in laboribus esse, & famem diutius ferre: non erit igitur venter mensura cibi, potusque censenda: sed nec de statera, seu lance sumendus cibus est; etsi non defuerit, qui nostro seculo id fecerit: nec demensum; uel ex penore patrisfamilias, vel aliunde præstitum; totum absumentum semper est, vel ei non est aliquid vnquam adiiciendum, veluti sibi par, & adamussim æquale existeret: sed crassa quadam Minerva debet quisque sibi mensuram, ut deinceps explicabitur, ex ipso sensu præscribere: quæ non eadem potest esse, nec debet, sed alia, atque alia pro temporis ratione, locorum natura, ciborum genere, exercitationibus, & laboribus: æstate enim plerique solent de cibo demere, & potioni adiungere, hyeme vero e contrario: quod etiam medicinæ auctores salutare esse docuerunt: & quamquam Cato familiæ villici hyeme paullo minus cibi docuit præbendum, quam æstate; scripsit tamen, uini plus dandum æstate, quam hyeme: sed ille, quod ad cibum attinet, de operis loquebatur, & ijs hominibus, qui per æstatem

b lib. de
rep. lacæde
mon.

a Opera &
dies.

sb dff d
sb dff d
mon

æstatē plus necessario laborant; de quibus a Hesiodus quo-
que, ἀφ' αὐρῶτα δὲ π' αὐδρες εἰσιν, ἐπὶ κεφαλῇ, καὶ χροῖατα σεί-
ειος, ἄζα. ἀναλέως δὲ π' χροῖς ὑπὸ καύματος: compeditis, Cato
inquit, per hyemem pondo quatuor, ubi vineam fodere
cœperint, pondo quinque: hæc ille. at medici de viuendi ra-
tione, & sanitate tuenda ad eos maxime scribebant, qui vi-
tām hanc vmbatilem exercent: palæstra enim, frictio, deam-
bulationes matutinæ, & vespertinæ, lauacra, Lunam, So-
lemque vitare, frigora ante ortum, & post solis occasum,
auras fluminum, & stagnorum cauere, & alia huiusmodi,
non possunt rusticis, & alijs id genus hominibus; qui quoti-
diano labore victum quæritant, absque risu proponi. Sed
hoc obiter. Illud ad hunc locum pertinet, casus varios oc-
currere, quamobrem certa ciborum & potionis mensura,
cuique congrua, definiri non potest: sed necesse est, in re
præsenti vel addendi, vel demendi consilium capere: nam,
vt Hippocrates libro tertio de diæta dicebat, πολλὰ γὰρ τὰ
κωλύοντα. πρῶτον μὲν αἱ φύσεις τῶν αἰσθητῶν διαφορὰ ἐξέσται, ἰσχυ-
ρὰ καὶ αἱ ἡλικίαι, μὴ τῶν αὐτῶν δειόμεναι. ἐπὶ δὲ καὶ τῶν χροείων αἱ δι-
σσεις, καὶ τῶν πνέματων αἱ μεταβολαί, τῶν τε ὥρέων αἱ μεταστάσεις, καὶ
τῆς ἐν αὐτῇ αἱ κατὰστάσεις, αὐτῶν τε τῶν σιτῶν πολλὴ διαφορὰ, id est,
etenim multa prohibent, primum quidem dissimiles homi-
num naturæ, postea & ætates, non eisdem rebus egentes:
amplius vero & locorum situs, & flatuum mutationes, &
temporum transmutationes, & anni constitutiones, & ci-
borum ipsorum varietas plurima: hæc, inquam, impedimē-
to sunt, ne certam generatim mensuram statuere possimus:
itaque in singulis se debet medicus exercere, & quantum
vnicuique dandum sit, non ex libræ lance, sed ex hominis
sensu coniicere, quemadmodum optimus auctor Hippo-
crates admonuit, cuius illa sunt libro de veteri medicina,
μέτρον δὲ (οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον) πρὸς δ' αἰσθη-
σίᾳ τὸ ἀκρίβειαν, οὐκ αἱ δεινότητες ἄλλοι, ἢ τῆς σώματος τῶν αἰσθη-
σιν: quod est, mensuram autem (neque pondus, neque nu-
merum ullum) ad quam referens id agnoscas, quod qua-
drat,

drat, non inuenies aliam, quam corporis sensum: quamobrem a alibi docuit, fieri non posse, vt absenti cibi, ac labores congrue præscribantur, *μη παρέοντι δὲ αἰδύατον ὑποδέσθαι ἐς ἀκρεβέλιω σίτα, καὶ πόνοις*, nec aliud voluit, cum dixit, *τὰ βρογμῶτα, καὶ τὰ πόματα* πείρης δέ, εἰ ὅτι τὸ ἴσον μέγεθος: cibi, & potus experientia egent, si in æqualitate maneant: quid hoc enim est, nisi, sensus testimonio opus esse, vt sciamus, vtum cibibus, & potus congrue sumatur? Sed est sanitatis tuendæ studiosus perito nautæ per quam similis, qui pacato & tranquillo mari cursum, quem cœperit, prosequitur: sed vbi signum aliquod tempestatis animaduertit, vbi Euri, Noti ve minas, aut Africi terrorem præsenferit, mutatis subito velis, aliam nauigandi rationem instituit, & procellæ periculum mature declinat: quamobrem notissima illi oportet esse futurarum tempestatum indicia: huic igitur similis quisque debet esse, qui vel suam, uel aliorum sanitatē tuendam suscepit: quamdiu enim aliquis sanus est, & valetudine fruitur integra, nec vsquam interrupta, tam diu putandum est, iusta illum & sibi congrua cibi, potusque vti mensura, nullaue egere vel subtractione, vel adiectione: at nota illi esse debent, atque perspecta morborum signa futurorum: qui, cum a nimia alimenti copia ortum ducant, de suo nos aduentu tantum, ante quam adueniant, signis commonefaciunt, vt illos liceat, mutata vitæ ratione, plerumque euadere, & declinare: hoc autem est, quod a se Hippocrates inuentum scribere veritus non est libris de diætâ: ubi, cum negauerit, posse ciborum, & laborum mensuram inueniri, quæ cuiusque hominis naturæ tam apte conueniat, quin necesse sit, spatio, & tempore (etsi minima in dies accessio fiat) aliquid abundare, quamobrem morbi nascuntur, asserit quoque a se inuentam rationem, qua imminentes, ante quam fiant, morbi cognoscuntur: quam rationem libro primo propositam, tertio explicauit, ut in meis quibusdam ad Hippocratem notis exposui: ex eo igitur Hippocratis loco morborum signa imminantium; quos facit

L alimentum

a lib. 1. &
3. de diætâ.

b lib. 2. epi
dem.

Nautæ si-
milis medi-
cus.

alimenti copia, & repletio; operę pretium est compendio hic recensere.

De signis repletionis.

Cap. XX.



QU enim quęsitum sit, qua mensura cibi, ac potus sumendi sint; nec vlla communis mensura omnibus congrua reperiatur, sed obseruandum sit, quid cuique oblit, vel prolit, ita vt, ante quam fiant, cauere morbos possimus: quibus hæc signa comperta erunt, his etiam quę mensura quęritur, perspecta erit, & cognita: cum his autem, quę Hippocrates docuit, nonnulla a posteris obseruata memorabo, maxime vero, quę Alexander Petronius scripsit libro quinto de victu Romanorum; nam quę idem libro quarto retulit, ex ipsius Hippocratis libro tertio de dięta descripta esse animaduerti; & ne videar sine symbola ad has epulas accessisse, vt abundantius huic parti satisfiat, non omittam, quę me quoque rerum vsus edocuit. Quemadmodum igitur tempestatum præfagia alia ex sole, alia ex luna, alia ex reliquis stellis petuntur, alia in aere apparent, alia in aquis, alia ex terra sunt; ita futurorum morborum, ex ciborum repletionem, indicia digessi, vt alia ex capitis partibus petenda sint, alia ex thorace, & ventre, alia ex partibus extremis, alia ex his, quę corpori vniuerso contingunt. Vbi itaque sanus aliquis tempore multo bis, terve singulis diebus, vel sæpius, aut rarius, sed pro eius consuetudine, comederit, atq; potauerit, & alioqui nihil incommodi sentiat; nec alia adsit externa morbi causa, se laborare expletione, suspicari debet; cum capitis dolorem aliquem sentiet, aut turbationem, pondusve, seu punctiones: cum pustulas inter capillos obortas animaduertet: cum pruritus in fronte aderit, vel quasi puluis: cum mordebuntur oculi, vel lacrimabuntur,

vel

Signorum
repletionis
distinctio.

Signa re-
pletionis
ex capitis
partibus.

vel humore tenui, multoque madefcent, cum quasi pulverem aut lapillos in illis sentiet: cum iidem bibendo intumescere, & lacrimas fundere, cum splendores ante ipsos (*μῆ-
μεν* Græci vocant) versari videbuntur: cum rerum obiectarum duplicatæ imagines apparent: idem quoque suspicari oportet, si palpebræ graues sint, si lippitudo oriatur, si vertigo, si somni turbulenti, longiores solito, iucundiores, grauiiores, intempestiui: item si conuiuia, & escas somniet, præsertim ficus, & vuas, sed & carniū esum, & cibi cuiuscumque, aut alias absurda, vel nefaria visa occurrant; vt in cæno volutari, aquis mergi, cadauera inspicere: alioqui notauit Hippocrates, a consuetos cibos, & potus per somnū oblatos inopiam alimenti significare, & animæ tristitiam, *τὸ ἐν δὲ τῷ ὄντι, καὶ ψυχῇ ἀδυνάτω*: sed rebus magis, quam auctoribus credendum videtur: sane si cui in ediam passo consueta in somnis esca cernatur, hoc in ediam tribuendum est, si saturo eadem occurrat, expletionis est signum certissimum. Nec aliud coniiciendum est, cum nares alicui plenæ videntur, nihil tamen potest emungere, cum etiam lternutat frequenter, cum morsus in eisdem sentit cum mucus plurimus descendit, cum fumi odor, qui non exstat, sentitur, aut alius quiuis odor similiter representatur: etenim hoc imaginum genus, cum extrinsecus non accedat, vt fieri secundum naturam deberet, internam originem habeat, oportet, a qua naturalem præter rationem sensus moueatur: hoc vero in homine, qui alioqui sanus ponitur non aliunde, quam ab humore superfluo, ac corrupto, fit, quem alimenti vbertas nimia producit: quæ res efficit etiam, vt ab alijs sensibus falso de rebus iudicium fiat, vt de oculis quoque dictum est: sic etiam Aurium sonus satietatem portedit, & cum quidam audire putamus, atque si vel musca: vel auicula præteruolaret, aut fluuius laberetur; item ortæ in auricula pustulæ, & vlcuscula: adhæc oris siccitas, amaritudo, dulcedo, sapor alienus extra cibi tempus, ciborum, & potionum sapores de more non sentiri; aut quia sine sapore ci-

a lib. de
insomnijs.

bi videantur, aut habere non suum; saporem item cibi, aut vini inter edendum mutari, & iucundum minus esse, quam comestionis initio, docet cibi modum, & potus superari: insuper lingua albis sordibus illita, vel pallidis, uel coloris cuiusuis, qui alienus sit, idem docet. Oscitatio quoque frequens eodem pertinet. Dentium item stridor cum horrore post exercitium: & eorundem quasi dolor cibi initio, atque cum mutuo constringuntur, si quasi in gingiuas cereas inserti videantur. Saliua, rursus, falsa, aquosa, multa, valdeque dulcis. Sputa multa, crassa, lenta, & pituitosa, vel statim ante, uel post cibum: labiorum adstrictio, perinde ac si quis mespila, vel acerbum aliquid eiusmodi comedisset: ulcuscula modo in palato, modo in lingua, modo in labijs, modo in hac, modo in alia oris parte: item faucium asperitas, tonsillarum, & vuae tumor, & inflammatio: faciei pallor insolitus, & pustulae a latinis dictae vari, a Græcis *ῥοδῆς*: insuper colli dolor, tumor, grauitas, rigor, qui mobilitatem eius, & conuersionem impediat. Eadem coniectura sumitur ex dolore, & morfu costarum in sinistro praesertim latere: sumitur quoque ex mammis, si videlicet iusto pleniores fuerint in feminis; quod tamen & in maribus quibusdā notatur: ex uoce, cum subrauca est, & debilior, quam consueuerit: & tussi, quæ inter edendum inanis oriri solet, quæque irritatur sputo intra fauces, qua hora cubitum itur: hoc idem nuntiat repentina, tenuisque destillatio uel interdiu, uel noctu, uel in somno, uel in uigilia, a sumpto cibo quarta hora, uel quinta, quæ destillatio fere hominem strangulat, & tussim inducit molestam: eodem quoque densa spiratio pertinet, atque difficilis, quæ tamen in potione potius erratum, quam in cibo. ^a Hippocrati significat: foedus etiam spiritus notandus, uel acidus, uel foetens: foetet adultis ob dentium quandoque putorem, qui si non adsit, expletionem adesse intelligimus: itaque ^b legimus, Parthos, ob indiscretos cibos spiritus foeditati obnoxios: huic molestiæ mali Assyrij grano mederi: cuius uice in eundem finem sceniculi se-

Signa ex-
pletionis
ex thora-
ce.

^a lib. 2.
prædicti o-
rum. *πρὸς*

^b Plinius
li. 11. c. 53.

li semen nobis est: acidus spiritus frequens puerulis est, quod vulgo uermiū esse signum existimatur, sed est in adultis quoque cruditatis, uel repletionis indicium, a qua tamen uermes nasci solent. Expletionis illa quoque signa sunt, satietas, nausea, ciborum fastidium, inappetentia, grauitas, & durities circa uentriculum; quamobrem aliqui, se ueluti panem integrum in eo habere, existimant; fames intēpestiua cum stomachi grauitate: sitim nō habere, cum quis multum comedit, aut sitire plurimum: panis solitam mensuram admittere non posse, etsi non abhorreat, potum quoque consuetum hauflu continuo, de more, sumere non ualere: ructus acidi, foetidi, nidorosi, crudi, frequentes: singultus, punctiones circa uentriculum, & in eodem flatus molestus quidam instar nodi, ut aliquibus uidetur: sonus etiam, & ueluti murmur, etsi Menæchmus ille Plautinus inanitatis hoc esse signum arbitrabatur, cum medico roganti, enunquam intestina tibi crepant, quod sentias? respondebat, ubi satur sum nulla crepant: quādo esurio crepant. Notae quoque expletionis sunt, uentris post cibum tum grauitas, quæ dicta est, tum inflatio, item tormina, & dolor: insuper deiectio subita, tenuis, & aquosa, quæ fit simul atque aliquis expergiscitur: deiectio rursus liquida, cruda, multa, frequens, alba, foetida, quæ tamen dolorem non afferat: sed insolita ventris constrictio expletionem sequitur, præterea crepitus crebri, fatentes, sulphur olentes, & insoliti: mictio quoque solito frequentior, vel præter morem cohibita: urina item tenuis, decolor nimis crassa, albaque & calida, & quæ ueluti pungit: accedit: his lumborum insolita grauitas: manuum calor, & pedum (id ex hepatis calore inani opinione iactitant) pustulæ scabiei instar in manibus, & exiguae uesicæ succo tenui refertæ: pedum fætor, & humor: manuum rursus grauitas, & quasi torpor, & crassitudinis sensus, quamobrem non facile clauduntur: genuum etiam grauitas, & tibiæ: eodem quoque pertinet totius corporis dolor, & grauitas, item lassitudo, horror post exercitia, pruritus,

Signa re-
pletionis
ex ventre.

— १५५ —

ob. ill. de
ni. fiv. m.
m.

Signa ab
extremis
partibus
sumpta.

Sigua ex
hisumpta,
quæ toti
corpori cō
tingunt.

ritus, falsas sentiri carnes, si qui suas delingat: lectum quoque, præter morem durum videri, emaciari sine morbo, membra oscitanter extendere, virosum esse, seu hircum olere: quamobrem a Plinio ^a Persæ dicti sunt, madere vnguento soliti, ut odoris commendatione virus ingluvie natum extinguerent. Demum expletionem adesse docet mæror, & iracundia, cum sine causa, vel leuissima de causa hominem afficiunt. Hæc signa sunt, quibus intelligere est, debitam cibi, & potionis mensuram non seruari, sed plus, quam opus sit, nutrimenti sumi: quæ tamen signa cum non sint omnia expectanda, neminem etiam esse existimo tam ignarum, qui hoc cogitet: nam vel ex his vnum satis nos potest de periculo commonefacere, quod si forte nota ex his aliqua inediam sequetur manifestam, tunc e contrario censendum est: nec vanum videri debet, quod causas contrarias ijdem effectus cōsequi dicantur: nam Hippocrates hoc non de conuulsione, & singultu solum asseruit; cum sexta ^a aphorismorum sectione vtrumque vel a repletionem, vel ab exinanitione fieri asseruit; sed in doloribus, morbis, & curationibus, libro de locis in homine, hoc pro naturarum varietate passim euenire, copiosa oratione declarauit: si igitur ex dictis aliqua signis inediam nonnumquam sequentur; ut alias demere de cibo, & potu debemus, ita tunc adijcere oportebit: at rarissimū est, ut hæc inediam sequantur: itaque sæpius subtractioni studemus, quam adiectioni, ut recte ab Hippocrate ^b scriptum est, πολλὰ δ' ἡσων ὅτι τὸ πλεονέχειν ἰέναι: ἐπεὶ τὸ γ' ἀφαίρειν ὅλως ἀφ' ἑᾶν πολλὰ χεῖν λυσιτελεῖ, & ideo aduersus repletionem multo sermone contendimus: & quamuis alia ætas alium cibi, & potus modum exposcat, sitque habenda ratio consuetudinis, tempestatum, & regionum: hæc signa tamen communia sunt, & his ipsis, satietatem hominis cuiusvis, quocumque loco, & tempore intelligere licet.

^a lib. 13. c.

1.

^a aph. 39.

^b lib. 2. de
rat. vict. in
a cut.

Vtrum

Utrum cœna an prandium leuius esse debeat.

Cap. XXXI.



VM iam autem exposuerim, vtilius esse prandere, quam dumtaxat cenare, & omnino præstare, bis, vel sæpius, modice tamen, quàm semel die cibum, capere; cumque non pauci sint, qui si forte paullo vberius pransi fuerint, cœnare parcius coguntur; immo sint, quos necesse est perpetuo semel tantum die abunde comedere; hinc orta quæstio est, quæ multos fatigauit, vtrum leuior esse cœna debeat, an prandium: in qua integris, & longis commentarijs aliqui laborarunt, alij contra parce, ac tenuiter nimium illam attingere: eam igitur, ne quid omittam, quod huic negotio conueniat, ita tractabo; vt mediam ineundo rationem, & nihil quod necessarium videatur, omittendo, strictim, & omni morosa oratione (quoad fieri poterit) præcisa, & dimissa, rem totam sim amplexurus. Quoniam autem alia videtur benevalentium ratio habenda esse, quam ægrotantium, propterea seorsim vtraque perpendi, & examinari consuevit: quod igitur ad sanos attinet, ita statuendum videbatur: cœnam prandio pleniorē facilius ferri, & tutius admitti: est enim maxime secundum naturam, vt cibum somnus excipiat, non vespere tantum seu nocte, verum in meri die quoque, & ante, immo cibus non ideo solum utilis est, & necessarius, vt nutriat, sed etiam vt somnum, vitæ non minus, quam alimentum necessarium, accersat, atque conciliet: cui uero nox etiam non uideatur quieti animalium, somnoque condita? Nox erat, & placidum carpebant festa soporem. Corpora per terras, syluæque, & sæua quierant Aequora: cum medio uoluuntur sidera lapsu: Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæque uolucres, Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis Rura tenent, somno positæ sub

Quid sanis
conueniat.

te sub rupe silenti, Lenibāt curas, & corda oblita laborum.
 Nec existimandum est; frustra naturā rerum cibis tātam ad
 conciliandum somnum viū tribuisse, & nos tam pronos in
 somnum cibis ingestis atque sumus, effecisse: & quamquam
 sui ortus initio interdiu æque, atque noctu homines dor-
 miant, ideo tamen geniti sunt, vt; cum iustum corpori incre-
 mentum accesserit; & virium robur; interdiu vitæ necessa-
 rijs inquirendis studeant, & laborent, nocte vero conquie-
 scant, & somno recreētur: videtur itaque mihi maxime se-
 cundum naturam esse, tunc plus cibi sumere, cum licet etiā
 a 1. aph. 15. magis somno indulgere: quod nocte fit: sic & Hippocrates
 hieme, & vere vberius nutriendum notauit, quoniam ijs
 temporibus somni sunt longissimi, & ventres calidissimi &
 b lib. 2. e- alibi b diem anno ita comparauit, vt Galenus c expresse-
 pid. sect. 1. rit, hiemē nocti similē esse: sic etiam athletæ, vt multum co-
 & 6. epid. medebant ita multum somno indulgebant, nisi nos Plato
 re ct. 1. fallit, qui libro tertio de republica scribit, habitum athleta-
 c ad lib. 6. rum somnolentum esse, & athletas vitam dormire, & Gale-
 epid. com. nus libro primo d de facultatibus alimentorum, inquit,
 1. t. 15. quod eorum plerique, qui laboribus se confecerunt, à pra-
 d Cap. 2. uis cibis minus lædantur, in causa est, quod ijs somni sint
 profundiores, quæ res ad coctiones multū ipsis adfert mo-
 menti: itaque vt meridianum somnum tāquam naturæ ad-
 uersarium damnamus, aut certe nonnisi breuissimum con-
 donamus, ita cibum meridianum (nisi laborum, & consue-
 tudinis ratio habenda sit) aut vitare penitus, aut leuissi-
 mum accipere deberemus: non id tamen damno, quod an-
 te probaui, hoc est, sæpe die cibum sumere, sed vim perpen-
 do, quam somnus habet: est enim tanta, vt, si cui vigilādum,
 & lucubrandum sit, ille nequeat id sine periculo facere, nisi
 cibo, potuique consueto aliquid demat: non tamen debet
 penitus abstinere, nam sine somno quoque cibus est neces-
 sarius, prandendum quidem igitur, vel liberaliter non ta-
 men intemperanter: sed vbi casus ferat, vt prandio cēna im-
 par futura sit, vberius cēnandum probo: quia naturalis ma-
 gis

gis somnus est nocte post cœnam, quam à prandio circa meridiem, indeque factum est, ut omni fere seculo multi existerint, qui semel die cibum capere coacti, ut ante dixi, cœnam potius sibi delegere, quam prandium; quamobrem in communi quoque sermone, tam apud Græcos, quam apud Latinos, receptum est, ut, qui diceretur semel die comedere, ille cœnare intelligeretur: ideo legitur apud Hippocratem, ^a ἀριστον τὰναντία δευτέρῳ φαγεῖται τῇ μονοστίῃ: prandium contraria facit, quàm cum semel estur: scilicet, qui semel comedit, non prandet, qui prandet, non semel comedit, nam cœnare quoque intelligitur, & rursus ^b inquit, *μονοστίησι χεῖν δεύειν*, id est, semel die cibum capere expedit: id vero si fieri non possit *μικρὸν ἀριστῆν*, modice prandere, ergo, qui prandere dicebatur, is non semel die comedere intelligebatur: & qui semel dicebatur comedere, hunc prandio abstinuisse significarunt: quem loquendi modum Celsus ^c quoque usurpauit, inquit, hieme conuenit, semel die cibum capere: si prandet aliquis, utilius, & exiguum aliquid sumere: usurparunt etiam sancti doctores multi, ut Ambrosius, ^d inquit, qualis Christianus es, cum Domino ieiunante tu prandes? & Augustinus, ^e inquit, nullus prandere præsumat, nisi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit: fuit autem vetus consuetudo, ut qui ieiunabant, vespere tantum reficerentur, non Iudæorum tantum, quos vsque ad vesperum ieiunasse passim in sacris legimus voluminibus, ut ante quoque notatum est; quam consuetudinem Saracenos, ac Turcas imitatos nouimus; Sed maiorum etiam nostrorum, qui ieiuniorum tempore, aut solis occasum expectabant, aut certe non ante nonā, cibum sumere audebant, quamobrem aliqui ieiunium dixerunt, prandij subtractionem esse, quoniam cum ieiunium celebrabatur, cœnare dūtaxat licebat, hoc est ad vesperum comedere, quamuis nostro seculo cœna in prandium mutata videatur: multi igitur sic assuevere, ut dumtaxat cœnarent: erant tamen multo plures, qui bis, & sæpius die comedebant, ut superius

a lib. 2. de dextra.

b lib. 3. de dextra.

c lib. 1. c. 3.

d Ser. 34.

e Serm; 62. de tempore.

M

ostendi:

ostendi. sed, qui semel, fuerunt semper aliquo insigni numero, & hi ex præcipuis, qui vel litteris operam dabant, vel in Reipublicæ administratione, & negocijs forensibus, & aulicis plurimum distinebantur: quorum causa sæpius, quam ob reliquum vulgus, existimo medicæ artis peritos de ratione tuendæ valetudinis locutos esse, & commetarios exarasse. ut vero non negauerim, aliquos, vel absque incommodo, aut dumtaxat pransos, omissa penitus cæna, aut pransos vberius, quam cænatos; ut sæpe videmus, & salutare quoque esse experimur; crediderim tamen, hoc pauciorum fuisse, atque ideo illam inualuisse loquendi consuetudinem, ut *μὴν ὀνείδῃ* Græci, semel cibum capere Latini de ijs priuatim dicerent, qui, prandio omisso, vesperi tantum vescebantur: neminem vero noui, qui si paullo modum excessisset prandendo, non se deterius habuerit ex corporis grauitate, & segnitie, quæ satietatem sequi solet, dum ob id minus est ad cætera vitæ munia idoneus redditus, quam si pari mensura cænando solum se expleuisset: quoniam quies, & somnus, qui sequitur, maximam illius molestiæ, quam satietas parere solet, partem aufert, sedatque: contra verò multi, magno in rebus gerendis commodo, vel toto die abstinent, vel modicum in prandio sumunt, quod ego quoque pari cū bonæ valetudinis, tum studiorum fructu, sæpe sum expertus: confirmatur hæc sententia Hippocratis, illa auctoritate, cuius ante, in alium tamen finem, mentionem feci, quem locum Celsus^b interpretatus est, inquiens, hieme plus esse conuenit: semel die cibum capere, nisi, si nimis venter astrictus est; si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid sumere, hieme igitur constat, hos auctores probasse cænam prandio vberiore: æstate vero & potione, & cibo, inquit idem, sæpius corpus eget: ideo prandere quoque commodum est, prandium vero ait Hippocrates (hoc enim Celsus omisit) exiguum esto: de cœna relinquens in medio, ut intelligamus, debere copiosiore esse, quam prandium, etsi tunc parciorem, quam hieme, nam æstate omnino paucioribus

ob. 2. lib. 2.

lib. 2. lib. 2.

lib. 2. lib. 2.

lib. 2. lib. 2.

lib. 2. lib. 2.

lib. 3. de
dieta.lib. 1. c.
3.

ribus vesci oportere, affirmavit. Galenus etiam, se ita sentire, docuit, cum libro ^a methodi septimo in secunda esca valentius alimentum dandum asseruit, ob quietem, somnumque, quo excipitur cæna, & ob longitudinem temporis: quod etsi de ægris ab eo dicitur, de sanis tamen est etiam intelligendum, cum quia eadem causæ in sanis locum habent, tum quia Galenus hoc approbavit athletarum exemplo, qui, cum sani essent, in cæna valentioribus vescébantur, scilicet, in prandio solum panem, in cæna vero etiam carnem comedebant, ut idem ait ^b ad libros Hippocratis de ratione victus morborum acutorum, qui significavit quoque, libro sexto ^c de sanitate tuenda, se; ubi prandendum esset; propterea quod serius sibi cænandum foret; solum panem sumpsisse: ut suo quoque nos exemplo doceret, parcius prandendum esse: quam sententiam quoque dilucidius explicatam legimus libro de dissolutione continui, siue Galeni sit genuinus, siue adscriptus. Auicenna; ^d senum vivendi rationem explicans, & Galenum vel imitans, vel interpretans, cum dixit illos debere ter die comedere; cænam debere ampliore sumi, perspicue asseruit: si fuerint fortes inquit in cæna sua augmentum paruum faciant, scripsit autem Galenus libro ^e artis medicæ, senibus convenire ^e τὸ ἀναληπτικόν, καὶ ἀναθρεπτικόν, in hoc autem firmioris materiæ cibos in cæna sumendos, idem docet libro ^f methodi septimo: utrum vero cæna utilior sit ob eandem causam, quamobrem Daphnus ille Ephesus medicus ab Athenæo ^g inducitur, cænas nocturnas collaudare; quia scilicet concoctio ab illo putrefactio dicebatur, lunaque vim habere putrefaciendi, & nocte dominari; non est in præsentia querendum; cum ijs Galenus contradixerit, qui concoctionem esse putrefactionem existimarunt; nam quamobrem cæna uberior prandio esse debeat, causas alias satis (ut arbitror) idoneas ante retuli.

^a c. 6.^b 1. acutor. 18.^c cap. 7.^d li. 1. sen. 2. doct. 3. c.^e cap. 100.^f cap. 6.^g circa initium lib. 7.

*Argumenta, quibus vberius prandium probatur,
quam cæna. Cap. XXI.*

1. arg.



2. arg.

Opinio cõ
ciliatoris
diff. 131.

3. arg.

4. arg.

5. arg.

a 2. aph. 16.

6. arg.

b cap. 7.

7. arg.

8. arg.

c 3. probl.

ij.

Responsio

ad arg.

ad prim.

V AE vero huic sententiæ aduersantur, hæc fere sunt. Cum enim contrariæ quoque opinionis auctoribus visum sit, tunc vberior cibum homini conuenire, quando melius ille confici potest; quod hi nocte somni vi, atque ope effici sumpserunt, illi interdiu solis auxilio, & motus, seu laboris, & exercitationis, felicius fieri, sibi persuaferunt: & existimarunt, noctem crudis potius humoribus, quam cibis concoquendis idoneam esse: & dixerunt, esse animalia, quæ manifeste per hyemem cibis parcendo nos doceant, hyemale, & nocturnum frigus concoctioni impedimento esse: esse etiam homines, qui æstate melius, quam hyeme concoquunt, quod monet, credendum etiam, illos interdiu, quàm noctu melius concoquere, & quia dictum est ab Hippocrate, a ubi fames, laborandum non esse; quia interdiu solemus omnes in laboribus esse, ideo debemus in fame non esse, & tum ieiunare, cum vacare a laboribus licet: crediderunt etiam Galeno id placuisse, quoniam libro ^b quinto de Sanitate tuenda, narrauit, Telephum Grammaticum, & Antiochum medicum hac viuendi ratione, qua in prandio plus assumebāt, ad vitam producendam, & sanitatem sustentandam, plurimum profecisse: quibus accedit Salernitanorum auctoritas medicorum, qui libello ad Regem Anglum hæc habent: Ex magna cæna stomacho fit maxima pæna, ut sis nocte leuis, sit tibi cæna breuis: & aliqui auctorem Aristotelem ^c prædicant, qui cænandum parcius, docuerit: hæc ex aduerso feruntur: in quibus tamen nullam vim inesse, facile ostendam: nam, quantum ad solem attinet, & motum, non equidem negauerim, ut moderato solis calore, ita labore pariter moderato natium hominis calidum aliquo pacto ro-

Et roborari: dico tamen, non ita roborari, vt propterea ad
 concoquendū aptius euadat: tunc enim fortius concoquit,
 cum maiore vi stomacho circumfunditur, quod sibi à sole, &
 labore euenire non potest: ab his enim ad extimas parteis
 reuocatur, vt rubor, & sudor; quem sol, & labor facillime
 excitant; perbelle ostendit: & necesse est ita fieri, quoniam
 sensus in extimis partibus positi sunt: quapropter, cum se
 facultas sentiendi exercet; cum videlicet vigilamus; quod
 interdiu naturaliter fit; necesse est, calidum innatum, quo si
 ne sensus nullus exerceri potest: quando ipsum calorem au-
 dire, & videre Hippocrates ^a asseruit, hoc est animam calo-
 ris ope præcipua: ita enim licet cum Galeno ^b interpreta-
 ri, qui primum naturæ instrumentum calorem vocat (vt
 omittamus ^B interim Aristotelis documenta) ob hanc, in-
 quam, causam, calidum natium necesse est, interdiu, & in
 vigilibus foras spectare; cum contra in somno in profun-
 dum uergat, quod sæpe Galenus ^c tradidit: & licet in som-
 nis etiam sæpe sudor oriatur; nihilominus tamen, quoniam
 sentiendi vis non exercetur, tunc etiam maiore intus co-
 natu, quam foris, calor operatur: itaque nec in labore, nec
 in sole ea vis est, quæ calorem ad concoquendū magis pos-
 sit, quam somnus, promouere; Neq; distinguenda sunt con-
 coctionis tempora vt dies cibis, nox humoribus crudis præ-
 ficiatur: cum enim naturalia opera omnia vnum opificem
 habeant calorem insitum, huic nulla vis est intelligēdi, aut
 discernendi, vel, si dicendum foret (quia hoc ^d Hippocrates
 dixit) intelligere, & discernere; nulla est vis seipsum ita co-
 hibendi, & temperandi, vt hoc attingat, ab illo vero absti-
 neat; sed necessario, quidquid in corpore est, promiscue ca-
 lefacit, & calefaciendo, res omnes ad vsum, ad quem factæ
 sunt, quocumque tempore promouet: &, quemadmodum
 eodē sole, vel (vt canit poeta) Līmus vt hic durescit, & hæc
 vt cera liquescit vno eodemque igni, sic vno eodemque ani-
 mantium calore eodem tempore cibi, & humores conco-
 quuntur: & Galenus ^e docet, calorem natium in somno
 non

a lib. de
carnib.

b lib. 14.
de vsu par-
tium. c. 6.

B lib. 2. de
anima. tit.
130. lib. 9.
de part. an
c. 7.

c lib. de
vsu pulsū
c. 7. in lib.
6. de mor.
vulg. com.
5. tit. 10.
Ad secun-
dum.

d lib. de
carnib.

e lib. de
vsu pulsū.
c. 7.

a c. 7.

b c. 10.

c c. 2.

d com. 5.
tex. 10.e lib. 1. de
facul. na-
tur. c. 12.Ad tertium
argumen-
tum.

non minus cibos, quam humores concoquere, ut cum libro
de a vlu pulium ait, in somnis calorem natium intro ma-
gis, quam foras delatum, & ob id multum circa viscera col-
lectum, atque circa ventrem cibos, & succos concoquen-
tes; & reliqua, quo loco cibos, & succos *χωμὲν καὶ τὰ σπῆα* ex
a quo nominat: immo somnum nonnunquam dicit conco-
ctioni ciborum conducere, succorum omitta mentione, ut
libro tertio b de causis pulsuum, ubi inquit, somnus incidit,
cum nativus calor ad alimentum se convertit, *τῆς ἐμφύτου*
θερμοσίας πρὸς τὴν τροφὴν ἐπισπείσσης: sic & libro secundo c de
facultatibus alimentorum, somnos ait profundos, ad cibo-
rum concoctionem conferre, *τῶν ἰδιομάτων*, succorum men-
tione penitus prætermissa, quod etiam ex sexto de a mor-
bis vulgaribus intelligitur, ubi scriptum est, calido natu-
rali in somnis vergente in profundum, ciborum concoctio-
nes meliores fieri, *αἱ πέψεις*, inquit, *τῶν σπῆων ἀμείνους γίνονται*.
dicit quidem alibi, e naturam eandem attrahere, affigere-
que partibus alimentum, assimilare, & superfluitates reij-
cere: sed hæc munera temporibus non distinguit successi-
ue quidem, atque ordine fiunt, habita præsertim alimenti
ratione, quod concoqui primum in stomacho, deinde ferri
in venas debet, per quas postea delatum, ad corporis par-
tes alendas, ibi demum partibus ipsis affigitur, & simile red-
ditur: sed ita hæc fiunt, ut singula nihilominus eque interdum,
atque noctu fieri possint, nam, si naturæ vires respexeris, in-
telliges, nullo unquam tempore illas ociari: quo enim tem-
pore cibus in ventriculo concoquitur, eodem in visceri-
bus in uenis, & in singulis partibus, & trahendi, & affigen-
di, & similia efficiendi, & excrementa quoque reijciendi fa-
cultas exercetur: nec deest unquam his facultatibus mate-
ria: nam quando etiam cibus, uel crudus, in stomacho con-
tinetur, tunc uenæ, sanguine semper distentæ, materiam præ-
bent, in qua vires naturæ simul omnes perpetuo possunt
occupari. Esse uero animalia, quæ deterius hyeme conco-
quant, sententiam hoc nostram minime conuellit, nisi hæc
anima-

animalia homines sint, uel, si sint, nisi uel omnes, uel plurimi, non autem pauciores sint: natura enim uel in omnibus, uel in pluribus est: immo non solum scire oportet, esse uel brutas animanteis, uel homines aliquot, qui melius æstate concoquant; sed insuper necesse est intelligere, an etiam ipso æstiuo tempore in uigilia melius, quam in somnis idē efficiant: fieri enim potest, ut ob caloris infirmitatem aliqui difficulter hyemem ferant (nam auctorem eundem habemus Hippocratem, senes æstate, & quadam autumnii parte melius ualere) qui tamen uberius in cœna, quam in prandio nutriendi sint, ut de senibus ipsis ante dixi: qui cum in æstu quoque male concoquant, nisi dormiant, hyeme bene concoquent, si fœco, & uestibus iniuriam frigoris euadentes, somnum idoneum ceperint: nec obijciat aliquis, uti ante nobis licuit, noctem hyemi comparare, ut haberemus, nocte uberius edendum, ut hyeme, docente Hippocrate, fit; ita licere alijs, æstatem diei similem facere, & ideo asserendum, eos, qui æstate melius concoquunt; interdium quoque semper melius concoquere, quam nocte; hoc, inquam, non obijciat, quoniam, hyeme quoque cœnam statuimus uberiorem prandio sumendam, quod somnus excipere cœnam solet: quod si, præter naturam, atque communem consuetudinem uigilare noctu, necesse sit, interdium uero a cibo somno capiendū tempus suppetat, tunc die ante somnum largius comedendum, quam uespere, cum uigilandum est, omnino dixerim. Quod uero attinet ad laborem, idem, quod Hippocrates, sentio, non conuenire sine noxa laborem, & famem. Sed non sequitur, in medijs laboribus plus edendum esse, quam illis confectis, quietis, ac somni tempore adueniente: nam de labore mediocri Galenus a se nobis exemplum præbuit: cum enim ob uisitationes, uel ciuilia negotia prandendum erat, solo pane, sine obsonio, & sine uino, uescebatur: ut intelligamus, necessario copiosiorē cœnam illum mansisse: quod de se dubio procul dixit, ut se exhiberet alijs imitandum, qui idem quidem seruabant, sed

Ad quartū
argumen-
tum.

3. aph. 18.

Ad quintū
argumen-
tum.

a lib. 6. de
san. tu. c. 7.

fed obsonio penitus, ac potu carere recusabant: docebatq;
 exercitationem esse noxiam post cibum: idcirco salutare
 esse, leue prandium: de vehementi labore ita quidam sen-
 ferunt, vt crediderint, necessario vberius prandium in vehe-
 menti labore exhibendum: quod tamen ei contrarium est,
 quod ante de athleticis dixi, quos Galenus testatus est, in cæ-
 na validiore alimento famem eximere consueuisse, & vbi,
 libro primo de facultatibus alimētorum, illos; qui toto die
 laboribus, & priuatis operibus conficiuntur; idcirco dam-
 nat, quod inanitio; quæ labores necessario sequitur; effi-
 cit, vt e ventre in carnes succus non semicoctus modo, sed
 nonnunquam etiam omnino crudus, & incoctus rapiatur;
 illic, inquam, asserit quidem, id genus hominum & ante, &
 post cibum illum & crassi succi, & concoctu difficilem; quē
 Galenus memorat; laborasse; non tamen asserit, liberalius
 prandium sumpsisse, quam cenam: immo, cum ad conco-
 quendum alimentum profundos somnos assermet prodesse
 plurimum; verisimile est, Galenum existimasse, cenam libe-
 raliorem ab illis sumi solitam: de qua re vt aliquid apertius
 diceret, locus ille non requirebat: certe constat, de ijs a Ga-
 leno scriptum non esse, vt illorum viuendi rationem aliquis
 imitetur: neque commodum est, vt operarij sese in prandio
 cibis expleant, quoniam inde experientur laborem grauio-
 rem esse, & plus discriminis habere: satius autem est, illos ci-
 bo modico vires sæpe reficere, postea largius cenare, & de-
 mum quieti, ac somno se tradere. Neque Antiochi, & Te-
 lephi exempla fauent aduersariorum opinioni: non enim
 narrata sunt a Galeno, vt lectores monerentur, senes illos
 vitam vixisse prorsus innocentem, & (vt ita dicam) omni
 carentem crimine, sed vt tantum intelligerent, commodū
 esse ad vitæ prosperitatem, senes ter die cibum capere: vtrū
 vero plus, aut minus in cena, quam in prandio sumpserint,
 nihil confert ad eam rationem, quam Galenus examinat;
 qui (vt videtur) ne cogitauit quidem hoc eo loci a se fuisse
 explicandum: aliqui vero tamen ex huius opinionioni adhe-
 serunt,

ferunt, vt multis conati sint probare, senes illos vberius alimentum in cæna, quam in prandio accepisse, quod tamen (mea opinione) assecuti non sunt: nam Galeni verba mihi diligenter cogitanti, hoc tantum docere, visa sunt: senes illos ter die, & licet non eadem semper mensura, semper tamen moderate comedisse, & ideo diutissime vixisse: in eoque vniuersa Galeni oratio versatur, vt doceat, vtilius esse ter die cibum exiguum offerre: quapropter exempla hæc idonea sunt, ad confirmandam sententiam, quam ante exposui, nempe vtilius esse sæpius die, ac modice, quam raro, & multum comedere: non autem ad probandum, cæna prædium, aut prandio cænam liberaliorem sumendam. Nec me mouet Salernitanorum auctoritas: quia non comparabant cœnam prandio, nec dixere, minus in cœna, quam in prandio sumendum, sed intemperantiam dumtaxat fugiendam monuerunt: dixerunt enim, magnam cœnam stomacho molestam esse; at quis neget, magnum prandium stomacho molestum futurum? magna cæna est dubia cæna, de qua Horatius, & vides, vt pallidus omnis cæna defurgat dubia? quã nos quoque damnamus, non tamen inde sequitur, prandiũ debere liberalius esse, dixere enim iidem, cœnato parum, at non dixere, multum prandeto. Aristotelem vero cœnam, docuisse, debere parciolem sumi, quam prandium; miror, aliquem credidisse: nam illius verba hæc sunt, hac de re quidam (Græce enim est, *ἥνεις*, etsi Gaza vertit, plerique, non fideliter: fidelius enim vetus interpretes dixit, quidam) prandere large, cœnare parce præcipiunt: quæ verba docent, nõ ipsum Aristotelem, sed alios quosdam hoc docuisse: qui tamen non simpliciter hoc docebant, sed vt salubrior esset Venus nocturna: nos hic querimus, quid simpliciter, & plerisq; salubrius existat. Erit igitur huius disputationis summa, generatim & vniuersè vtilius esse sæpe & modice semper comedere: quod si necesse sit, vt cæna prandium, vel hoc illam superet, tutiorem incontinentiam (si incontinentia dicenda erit) in cæna, quã in prandio futurã: hætenus de sanis.

Ad septimum argumentum.

e lib. 2. ser. 2.
far. 2.

N

Quid

Quid in aegris seruandum.

Cap. XXIII.



E aegris vero, etsi multa ab alijs dicuntur, mihi tamen videtur opus esse paucioribus: nam si de febribus sermo sit, ab Hippocrate ^b moniti sumus, non esse Solis cursum obseruandū, sed febrium accessiones, vel inuasiones notandas, in ijs enim oportet abstinere: in alijs similiter morbis, si periodum aliquam habeāt, & alias magis, aut minus ægrū male afficiant; cum leuior morbus est, tūc cibo tempus idoneum est: si febris aliqua, vel aliud sit morbi genus, quod periodis careat, & eodem tenore semper languentem torqueat; in hoc seruanda est norma salubrior, vt moderate semper nutriatur; quod si secus consueuerit, tunc consuetudo tutius seruatur, quam si ad meliorem rationem transferatur. Quod ait ^c Celsus in febribus, quæ accessionibus carent, se ad mediam noctem decurrere, probabile quidem est, sed cumulate non satisfacit, quia consuetudinis rationem silentio prætermisit; monet autem idem Hippocrates, a perpendendam vim esse, atq; modū ægritudinis in quibusque, neque non hominis naturam, & ægroti in viuendi ratione consuetudinem. Sed dubia in hac re quædam sunt penitus non omittenda, & errores etiam aliqui non sunt omnino dissimulandi. Obijcitur a quibusdam, nūquam debere cenam prædior vberiore in morbis sumi: quoniam innatus tunc calor morbi materiam aggreditur ad concoquendum, a quo munere non est cibo reuocandus. Sed his ante respondi, cum admonui, falso existimari, alio tempore cibos, alio crudos humores concoqui. dices fortasse, nō idcirco reuocari calorem, quia materiam morbi penitus deferat, sed impediri, quia non potest vtrumque simul æque feliciter, atque alterum tantum superare, quod conceditur: sed

b 1. aph.
11. lib. 4. de
victu acu-
tor. 39.

c lib. 3. c.
5.

d lib. 2. de
victu acu-
torum

Dubium
primum.

sed non sequitur, interdiu magis edendum, quasi tunc natura non sit de materia morbi concoquenda, sollicita, aut non æque ac noctu: nam omni tempore in cibis, & humoribus promiscue (vt ante dictum est) exercetur: alioqui sunt vires cibo semper sustentandæ, atque interim ferre æquo animo oportet, si materiæ morbi aliqua quidem fiat accessio, sed exigua. cūq; potio^a habere semper viriū, quā morbi rationem medicus debeat; erit etiam eo minus noxium, vespere largius nutriri, quo fuerit ægri (si ita contigerit) consuetudini consentaneum. Dubium insuper est de capitis præsertim affectionibus: quia, nocte dicunt capita magis impleri vaporibus: quod quia noxium est, idcirco parcius; quo pauciores oriantur vapores; cænādum esse, existimant: at hoc, vt minime nego, sic euenire, ita magni non interesse profiteor, si tamen modus adfuerit: debet enim aut exortu vaporum, aut alia quacumque ratione, somnus per cibum conciliari, qua de re ante dixi. itaque sit cæna vberior prandio, sed absque intemperantia, & pro morbi ratione, nec repugnet consuetudo, in eo leuius periculum est, quam si contraria ratione somnum impedias, & cruditates adaugeas: quamobrem & capitis mala augeri necessarium est, vigilia enim, auctore Hippocrate, ^a morbum maturari non sinit, & cibos potusque concoctioni rebelles efficit. Postrema occurrit dubitatio de epileptiis, nam in eorū curatione Galenus, & Auicenna pugnantia dixisse repriuntur: alter ^b enim verbis perspicuis firmius alimentum in cæna, alter ^c vero exhibet imbecillius: quo loco iure Matthæus Curtius illos reprehendit, qui ea ratione concordiam auctorum struebant, vt alterum dicerent de curatione, alterum de cautione verba facere: nam vtriusque sermonem legenti ea passim occurrunt, quæ curationem ab vtroque institutam doceant: iure quoque ab eodem illi arguuntur, qui cænā & vespertinā, cum fuisse distinctas apud grammaticos animaduertissent, Galenum de cæna locutum antiquo more, dixerunt, quod postea prandium vo-

^a Galen.
lib. 9. me-
thod. c. 13.

Dubium
secundum.

² lib. 2. de
victu acu-
tor.

Dubium
tertium.

^b Gale-
nus in con-
silio de pue-
ro epilepti-
co.

^c Auicen-
na lib. 3. f.
1. tr. 5. c. 15.

Eugab. 211
p. 103. 1. 4
p. 103. 1. 4

catum est: ac si Galenus, vt Romanus, cum Catone, vel Q. Fabio Latine verba fecisset: non autem, vt Græcus, Antonini temporibus; cum multis iā sæculis vespertina exoleuisset; vocabulum tam Romanis ea tempestate, propter vetustatē, peregrinum, quam Græcis ignotum, rimatus esset, vt Festus: quod de Galeno dici non potest: quem etiam constat in ipso consilio de puero comitali laborante, dixisse Græce ἀπὸ τοῦ πρωῦ de matutinis epulis & ἀπὸ τοῦ ὀψιῦ de vespertinis: vt Hippocratē, Aristotelē, & reliquos post Homerū Græcos auctores fecisse, superius abūde exposui. quis vero credat, quod alij cōmenti sunt, auctore alterū æstiuū tantū, alterū hiberni rationē tēporis habuisse? nimis alienū, & absolum est, cordatos viros in pręceptis cōmunib⁹ aliquid, quod dūtaxat partē aliquā respiciat, sine vlla admonitione, miscere: immo illud dixisse, ac professose, quod intelligi nō potuisset, nisi qui contradiceret, inuētus esset: nam Galenus, cum in cēna plus ab ægro sumendum dicit, ijs vtitur verbis, quæ nō huic magis tempori, quam illi accommodantur; quapropter cognosci non potuisset, Galenum de sola cēna, quæ interdiu æstate sumitur, locutum esse, nisi Auicenna in contrariam sententiam discessisset: pariterque Auicennam de cēna, quæ hyeme noctu accipitur, fuisse intelligendum, ignorassemus, si forte Galeni liber, quo contrarium probatur, temporis iniuria, non exstaret: etenim Auicennæ verba non minus, quam Galeni, promiscue de omni tempore dicta videntur. Ad hæc, ij, qui vespertinæ mentionem hoc loco fecerūt, debuissent animaduertere, cēnam apud Romanos sapius, etiam hyeme, diurnam fuisse, vt ante monui, raro nocturnam; itaque deceptos intelligimus, qui secundam, tertiam & quartam horam noctis cēnæ tributam putarunt: facta est quidem aliquando cēnarum antelucanarum mentio, vt a Cicerone aduersus Catilinam, sed tamquam rei absurde, & a communi vsu abhorrentis. Sed neque Matthæus Curtius harum rerum se peritiorem ostendit, qui horam nonā dixit esse nostram decimam octauam, & decimam quartam esse

Lib. de præ
dij & cæne
ratione.

esse nostram vigesimam tertiam : quam interpretationem sine reprehensione præterire non possum : nesciuit egregius vir, horas alias esse dictas æquinoctiales, alias inæquales : & has hyeme breuiores interdiu, noctu vero longiores æquinoctialibus fuisse : æstate autem contra, die longiores, nocte vero breuiores. Romanosque olim inæqualibus vsos, cum nostra ætate Roma & Italia tota æquinoctialibus vtatur : quamobrem necesse est, nonam inæqualē Solstitio incurrere in vigesimam æquinoctialem, addito quadrante, plus minusve. Bruma vero in vigesimam secundam æquinoctialem, sed quadrante fere minus : æquinoctijs autem in vigesimam primam adamussim. Ignorasse quoque Curtius videtur, nullam a Romanis horam quartamdecimam numeratam esse, qui horas dici duodecim, & totidem nocti, quocumque anni tempore tribuebant : quamobrem necesse fuit, illas esse inæquales, vt dictum est. In hac igitur controuersia reliquum est opinari, vel Galeni sententiam Auicennæ non placuisse, vel librarij alicuius culpa Auicennæ lectionem deprauatam esse, (quod Curtius notauit) & ob id ex Galeni perspicua tam Græca, quam Latina oratione castigandam esse. Cum autem statuimus, cenam vberiore liberaliori prandio tutius admitti ; non pugnamus cum illa sententia, quam ante defendimus, salubrius, scilicet, esse eodem die sepe, ac moderate semper, quam semel, ac multum capere : nam qui sepe, & moderate comedit, minus oneratur, ad corporis, atque mentis munera, & functiones, promptior remanet, & non minus, nisi etiam magis somno fruitur, quo non cæna solum, sed & si quid ipsius prandij reliquum est (vt plerumque est) concoqui potest : quæ viuendi ratione non est illa quidem salubrior, qua copiosior cæna probatur ; nam sepe maior cibi copia somnum vel impedit, vel differt, vel interrumpit, & longiorem noctem desiderat ; sed eam sequi præstat, quam econuerso liberalius in prandio vesci, quod est, ob labores, & negocia, quæ prandium necessario excipiunt, permolestum : nam ^a Galenus

l. 7. c. 1. d. 1. &
l. 7. c. 2. d. 1.

a lib. 6. de
san. tu. c. 7.

lenus docuit, non leuiter eos ledi, qui cibo graues se exercitationibus dedunt: itaque; etsi contingit sepe, ut ille melius dormiat, qui, pransus liberaliter, incenatus dormitum vadit; tamen vberior cena preferenda est: quoniam tutius post cibum quiescimus, quam laboramus, & exercemur: quod si ob somnum, minus, quam natura requirit, firmum, ac profundum, aliquid desit; ipsa quietis longitudo, & in ea somni repetitio illud restituet: naturale autem quietis, & somni tempus cenæ succedit. Sed illius obliuisci numquam debemus, nullam esse tam firmam viuendi legem, nullamque de hac ipsa re sententiam tanta argumentorū firmitate, ac robore fulciri posse, quin eam facile conuelat, aut frangat sensus iudicium, si huic forte vel sententiæ, vel legi, aut hominis consuetudo, aut naturæ proprietas, qualiscumque sit, aduersetur, cui medicus incumbere maxime debet, qui nō hominem, sed Petrum, & Franciscum curandum suscipit: itaque non solum debet, quid homini generatim conueniat, inspicere; sed quid Petro, & Francisco conducere possit, diligentissime animaduertere: ne, dum præceptis communibus hominem seruare nititur, priuata ratione Franciscum interfecisse reperiatur.

Tempus inter prandium, & cenam.

Cap. XXIV.



C autem loco iure, & merito aliquis quæret, quanto spatio, ac tempore interposito, prandium cena sequi debeat: magni enim interesse videtur hoc intelligere, cum maxime conducatur, ad illum errorem euitandum, quo Auicenna a deteriore nullum esse professus est, cum, scilicet, cibus prior, crudus adhuc, excipit posteriorem: est vero hæc illa *angela*, quam Galenus recenset inter concoctionis impedimenta, de qua non est alienum aliquid dicere ante, quā propositæ

a lib. 1. F. 1
doct. 2. c. 7.

propositæ quæstioni responsum afferatur. Olim exposui in in ea disputatione, quæ de ordine in cibis seruando a me edita est, dicamque in postremo huius tractationis volumi ne; non esse necessarium, ut os ventriculi infernum, quo cibus concoctus elabatur, clausum semper expectet absolutam eorum, quæ in ventriculo recepta sunt, cōcoctionem: neque sumendum esse ab utero argumentum, qui, concepto semine, clausus pariēdi tempus expectat; quoniam vterus ut officio: ita structura à ventriculo differt: exposui quoque brutas animanteis, & pueros, & edaces quosdam viros esu crebro docere, non posse fieri, quin e ventriculo aliquid egrediatur ante totius ingesti cibi plenam, atque perfectā concoctionem: id vero ut plurimis nullo incommodo contingit, ita pueris est necessarium: etenim ut iustam corporis molem adipiscantur, perpetuo membra cibo, potuque distenta habere oportet: at si quicquid esca vna comeditur, prius esset concoquendū, quam aliquid illius egredi e ventriculo posset, vasa conciderent, & necessario, magno accretionis impedimento, coniuerent: at si crebro cibus ingeratur, ut à pueris fit; cum prius ingestus adhuc in uentriculo crudus continetur; quamobrem aliqua eius pars nondum egressa sit, vsque adeo stomachus distendatur, ut eum disrumpi demum necesse sit: itaque ad hæc vitandum incommoda, & absurda, stomachum oportet puerorum, nondum plane concocto priore cibo, nouum recipere, & prioris partē aliquam iam concoctam (ostendi enim eadem disputatione, non simul cibum vniuersum confici posse) ad intestina demittere: cui rei ipsa ventriculi structura respondet, quæ duo habet ora e regione, ut altero recipere, & altero simul dimittere aliquid possit: vterus vero, ubi iam concepit, naturaliter neque emittit, nisi foetu iam absoluto, neque pariter admittit, quoniam parte, qua concipit, eadem & reddere conceptum debet: & ex hoc, quemadmodum tum docebamur, posse aliquid e ventriculo concoctum exire, dum reliquum in eodem ventriculo contentum,

conco-

concoquitur; ita nunc intelligimus, dum cibus in eadē parte concoquitur; posse, sine animalis incōmodo, nouas escas admitti; idque eidem naturæ prouidentia, cuius initio mentionem feci, consentaneum esse: quæ abundantia studiosa noluit, vt, instar vteri; qui semel concepto semine nihil deinceps recipere, nisi rarissime, solet; ventriculus clauderetur: sed ita constituit, vt quocumque tempore, & loco cibus inueniretur, recipi valeret: sed quia cum est aliquod periculum, ne immodice, & incontinenter edatur, & bibatur (quæ morborum causa est præcipua) brutis instinctum quēdam largita est, quo intelligant, satis cibi sumptum esse, & homini rationem, quæ epularum similiter modum, atque mensuram cognoscat; cum tamen infantes, puerique bruto potius & ipsi instinctu, quam ratione ducantur, nisi maiorum consilio auscultent: quamobrem existimo, ita nos esse constitutos, vt, sine periculo bonæ valetudinis, cibus posterior possit priore nondum plane confecto misceri: idque non si modo fiat semel, & longo temporis intervallo, sed si etiam crebro, & singulis diebus, modo expletionis non adsint signa, quæ superius recensui: & auctores, qui ciborum *ἀναισθησίας* damnarunt, ita sunt interpretandi: voluisse illos quidē, vt debitum tempus seruaretur, & iustum inter escas spaciū interponeretur, ne augeretur cruditas; sed, tum dumtaxat, præcepisse, continendum esse, cum cibi crudi notæ apparent; hanc enim cruditatem neque fingere, neque somniare debemus; illæ autem notæ (si quis diligenter obseruet) nunquam apparent; licet posterior cibus ante prioris concoctionem ingeratur; nisi grauius erratum sit in ciborum modo, atque mensura: quod mihi multis huiusmodi experimentis persuasum est: nam plerique homines bis die, æqua prope mensura, nutriuntur, atque cænam inter, & prandium diei succedentis, duplum interuallum illius, quod est inter prandium, & eiusdem diei cænam, interijciunt, & cruditatis signa non habent, ac bene valēt: cumque ad concoctionem quies, & somnus, & temporis longitudo conferat magis,

magis, quam vigilia, cum labore, & breuiore temporis interuallo (vt ante dictum est) fieri non potest, vt octo horis tantum, atque sexdecim concoquatur: ideo verisimile est, ab his, quos dico, cœnæ tempore prandium nondum penitus confectum esse, sed aliquam eius partem excipi a cœnâ: sæpe quoque contingit, vt prandium paullo largius accipiat, quam obrem somnus sequitur, & corporis grauitas, & segnities (notæ scilicet expletionis) quæ cœnæ tempore nondum recesserint; cumque cœna insuper sumatur; si ea non dubia sit, sed simplex, & exigua; non est impedimento, quin nocte, quicquid in stomacho est, conficiatur, adeo vt postridie nulla expletionis, nulla cruditatis nota reliqua sit: his autem intelligimus, cibo nondum confecto nouum posse misceri sine detrimento: quod cum sit necessarium in minoribus natu, corpora quorum adhuc capere incrementum debent; sit etiam in alijs ætatibus sine periculo, ob longam à teneris consuetudinem: illi tamen timere debent, qui victui exquisito assueuerunt, & qui cruditates exaggerant: non equidem negauerim, sicut frigida cernimus calentis feruorem aquæ inhiberi, ita cibi prioris concoctionem à recenti interrumpi; sed dixerim, non ea vi hoc fieri, quæ impediatur, ne mox de integro concoqui cibus vniuersus incipiat: nisi sit cibi exsuperans copia, & cruditatum aceruus struatur. Sed verum & illud est, quo longius interijcitur spacium, eo pauciores cibi reliquias inueniri, & ideo nouas escas securius admitti: itaque, vt antea statuebam, nullam esse ciborum mensuram, præter sensus iudicium; neque escam de lance petendam esse; ita & nunc assero, neque solario nos, neque horologio indigere, vt iustum dignoscamus inediæ interuallum, sed ab eodem sensu consilium posci oportere: cum, scilicet, fames accedit (quæ, pro ciborum natura, pro eorundem copia, pro exercitationibus, pro anni tēpore, pro præsentis aeris constitutione; alias ferius, alias ocius accedere solet) tunc satis ieiunasse nos intelligimus, tunc cibo tempus opportunum est, modo ci-

O

bi præ-

bi præcedentis ab u ndantia nouam famem suspectam non
 reddat: itaque non est mirari, si medici veteres hanc horarū
 subtilitatem prætermiserunt: sunt autem cruditatis notas
 diligenter persecuti: quas & nos attentius, quam solaria,
 inspicere oportet. Sint igitur octo (quod multis in usu est)
 vel (vt aliqui statuerunt) nouem horæ inter prandium, &
 cænam interiectæ; vel in parciorebus epulis pauciores, vt
 cum aliqui tertia, vel quarta hora, deinde sexta, vel septi-
 ma, postea nona, vel serius reficiebantur, vt ante narraui;
 hoc minimum momentum habet ad bonæ valetudinis cu-
 stodiam: nam plerique in morbos ob victus rationem incur-
 runt: & ex his plurimi, nulla in re ciborum solita mensura
 immutata, ægrotant: quia cum expletionis notas ignorent:
 & cruditatis noxas longe prospicere nesciant, & se cibi, tē-
 porisq; mensura vtī putent, quæ careat culpa; non animadu-
 uertūt, quid cæli varietas, quid ociū, quid curæ, quid ipse an-
 nus vel cōmodi, uel incōmodi afferat (cui incommodo, cibo-
 rū cōmutata mensura, prompte occurri potest) quamobrē
 necessario tandē egrotāt: quod si capitis dolor sponte acces-
 serit, breuem in sole morā causabuntur; si nocte præter mo-
 rem sudauerint, aut in virium imbecillitatem, aut in gra-
 uiora tegumenta culpam referent; si pondus in ventre fue-
 rit, id a flatu fieri iudicabunt, quem genuerit degustatum
 alicuius oleris momentum, vel carica; & quicquid sit, quod
 molestiam afferat (nisi ructus aliqui prauī orti sint; quæ res
 ne pueros quidem latere solet) omne aliud cogitant, quam
 satietatem, & cruditatem: & medicos, repletionis remedia
 vel ieiunio, vel purgatione ventris parantes, mirari solent:
 difficile est enim, vt sibi persuadeant, cum qua re diu sani vi-
 xerunt, & alij plures non ægrotant, ex ea se morbum con-
 traxisse, ignari scilicet, quid rerum, quæ singulis diebus ac-
 cidunt, afferre varietas possit: & hominum corpora quan-
 tum inter se differant, vt sanitate fruantur, vel in morbos
 incidant: sed potest etiam horarum obseruatione contra-
 rium vitij genus accidere: nam vt mensura non vna omni-
 bus

bus conuenit; quam nonnullæ ampliorem naturæ postulât; alioqui citius debito senescunt, sic nouem, vel octo spatiū horarum aliquibus noxium esse potest ob lōgitudnem. Itaque horarum obseruatio existimanda potius est inanis, & aliquando noxiæ curiositatis, quam fructus magnificiēdi. Hæc igitur de cibi, & potionis modo, atque mensura dicta sunt hucusque.

De Abstemijs. Cap. XXV.



AM vero ordo eorū, quæ ante proposita sunt poscere videtur, vt de vini continentia verba faciam, qua scilicet hæc disceptatio ad bonam valetudinem conducere videtur, non est enim huius loci, contra ebrietatem declamare, & ea dedecora recensere, quibus se potiores incontinentes subiiciunt. Illud autem primo sumendum est, gentes, ac nationes, & multas, & magnas, vt nunc, ita olim omni sæculo vino caruisse: & licet multis locis, vini loco ex frugibus, herbis, & fructibus, vt nunc, sic etiam præteritis seculis, varia potionum genera, vinum imitantia, condita sint; alibi tamē hæc quoque cum vino defuisse, & solius aquæ potum cognitum esse, immo apud gentes innumeras; ad quas vinum potest ex ijs locis, quæ vino abundant, vel commodissime comportari, & quibus vuarum copia ad vinorum confectionem non deest; lege cautum esse, ne bibant; sic olim Iberos, ait Athenæus, ex Phylarcho, etsi ditissimos, aquam bibisse, & apud Locrenses Zephyrios Zaleuci lege capitale fuisse, vinum bibere. qui nunc Mahometi sectæ addicti sunt, lege nō vinum, sed aquam bibunt, ritu scilicet Sarracenorum, qui ante Mahometis quoque tempora aquam bibebant non vinum; quod Spartianus docet, vbi narrat, Pescennium Nigrum in victos a Sarracenis milites tumultuantes, & dicentes, idcirco, quod vinum non acceperant, se pugnare non potuisse,

Mulci vino
non vtun-
tur.

2 lib. 2. dip
nos.

potuisse, graui illa castigatione vsum esse, dicentem, Erube-
 scite, qui vos vincunt, aquam bibunt, propterea Asia, Afri-
 caeque pars magna, & in Europa Thracia, atque Graecia fe-
 re tota; vinis quondam, perinde ac viris, nobilis, & facun-
 da; nunc aquam bibit. Germaniae; quae à Rheno flumine, &
 Alpibus in ortum, & Septentriones latissime patet pars ma-
 xima, & Britannia in hordeo quidem vinum quaerit: sed In-
 dos occiduos; prioribus seculis incognitos, aquam bibisse
 manifestum est, idemq; facere Iaponios, ante hoc seculum
 a nostris penitus ignoratos, certissimum est: nonnulli quidē
 apud illos, ex oryza vinum exprimunt, sed aquam bibunt
 plerique, & eam quidem saepe (quod magis mireris; calen-
 tem. Sed quia historiam non condimus, paucis rem exem-
 plis illustrasse satis esto. Si quis tamen remotarum gentium
 commemorationi non acquiescit, hoc addam; probatos ex-
 stare vetustos auctores; qui asserunt, a Romae olim feminis,
 vinum bibere, non licuisse: immo nec servis, nec etiam libe-
 ris a pubertatis tempore ad annum vsque trigessimum quin-
 tum: illud vero certissimum est, multa Christianorum mil-
 lia, pietatis ergo, non alio potu, quam aquae vsa esse. haec igi-
 tur mihi cogitanti visa est illa sententia maxime probanda,
 vini potum non esse naturalem, nec necessarium. Plinius di-
 cebat, duos esse liquores corporibus humanis gratissimos,
 vini, & olei, sed olei necessarium, quasi vellet significare, vi-
 ni necessariū liquorem non esse, seq; ita existimare; dixerat
 autē, b saluberrimum ad potus aquae liquorem à natura da-
 tū, quo caetera omnia animantia vtuntur: ac si, ob id quod
 caetera animantia aquā bibunt, statuēdum sit, illius potū na-
 turalem esse, atq; necessarium: sed non ob id tantum ego id
 affirmauerim, sed etiam quod maxima hominum pars vino
 abstinet, & aqua sitim exstinguit: quod antea explicauī: nec
 male argumentum a brutis animalibus ducitur; nam etsi
 non parum distamus a brutis, propter rationē, qua illis ex-
 cellimus; sentiendi tamen, generandi, & nutriendi faculta-
 te eisdem affines existimus. Neque obijcere debes, ergo &
 nos

a Plinius
 lib. 14. c. 13.
 Athenaeus
 lib. 10. di-
 pnos.
 Aelianus
 var. hist. lib.
 2.

Vini potus
 non est na-
 turalis.

b lib. 14. c.
 22.

nos fœnum, & carnes crudas comedere oportere, vel frugibus incoctis, aut solis fructibus vesci: etenim neque bruta omnia fœnum comedunt, aut fruges, vel fructus deuorant; canes, & feles exemplo sunt: sed sunt etiam, quæ carnem non attingunt, ut equi, boues, capræ, & alia: coctisque cibis alia delectantur: cum igitur bruta ad cibos varie affecta sint, eundem tamen omnia potum sequuntur: quem esse naturalem, & necessarium iure dixi, immo vinum nobis non magis, quam brutis, ideo conuenit: quia nos illud bibamus, bruta solam aquam: sed nobis conuenit, quia non est nobis naturaliter contrarium, & longa sit a teneris consuetudine familiare: at bruta quoque vino assuescent, si copia non desit: eoque intelligetur, illis etiam non esse naturaliter contrarium. Plinius ^a inquit, at nos vinum bibere & iumenta cogimus, utitur autem verbo, cogimus, non quia repugnet natura, sed vsus Aristoteles libro de ebrietate (hoc enim ab Athenæo ^b relatum est) Simiam scripsit, Elephantemq; vino inebriari, ideo simiarum, cum ebriæ sunt, venationem fieri. Raphael Volaterranus inquit, ipse quoq; vidi Romæ vrsus ex Vrsinorum ædibus cellas vinarias passim quas poterat, per urbem ingredientem, doliaque exhaurientem: sed equos etiam nouimus vino assuescere, & hoc cecinisse de equis Hectoris Homerum: ^d rependite mihi (ait ad illos Hector) commeatum vobis ab Andromache traditum, quæ triticum apposuit, vinumque temperauit: *νῦν μοι τὴν κομῆν δὴν ὑποτίνεται, καὶ μέλα πολλὰ Ἀνδρομάχῃ, θυγάτηρ μεγαλήτορος ἡρώωνος, ὑμῖν παρ' ἀργεῖσι μελίφρονι πύρρῳ ἔθηκεν, οἶνον ἔγχε-εάσσαται πᾶν:* & hoc est, quod Iulius Pollux ^a dicebat, apud Homerum equis pro cibo triticum etiam dari, et si credimus (inquit) pro potu uinum: uini igitur usus necessarius non est.

Bruta vinum bibentia.

^a lib. 14. c. 22.

^b lib. 10. dipnos.

^c lib. 32.

^d Iliad. ⑥

^a lib. 1. c. 11.

*Vini potus noxius est.**Cap. XXVI.*

SED neque est etiam bonæ ualeitudini simpliciter utilis: nam quæ communi quadam consensione ægrotis negamus, ut uinum, quod ne dilutissimum quidem, concedi solet in plerisque capitis affectibus, in articulorum doloribus, in inflammationibus, in febribus, in ulceribus, in fractis, & luxatis ossibus: quamobrem inquit ille; uinum ægrotis, quia prodest raro, nocet sapissime, melius est non adhibere, quam spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere, & quamuis medentiū nonnulli professi fuerint, tuto se ægris duros; hoc tamē nec culpa sæpe, nec suspitione unquam uacauit; quæ igitur in ægris passim damnantur, ea quoque sanis suspecta oportet esse, quasi morbos illos prouocantia, quibus arcendis ablata conducunt, qua enim ratione morbos pellerē didicimus, eadem etiam ut eosdem caueamus, niti debemus, ut probatissimi auctores docuerunt. uini igitur abstinentia; si ut ad pellendos, ita ad euitandos morbos prodest; sanis hominibus tutior, quam uini potio, censenda est. Cumque magnam in nobis uim ad bonam, uel malā ualeitudinem concoctio, uel cruditas habeat, uini potus aquæ potui est postponendus, quia uinum, quam aqua, minus est ad concoquendum accommodatū, quod etli *dox* nonnullis, immo plurimis uidebitur; nam uinum in stomacho debilibus prodesse, Apostolica *c* etiam auctoritate confirmatum est: & *d* multos ex ijs, qui uinum bibunt; integra frui ualetudine manifestum est. Galenus *e* uero passim ait, concoquendi facultate aquam à uino superari: intantum, ut, quo loco Hippocrates *f* scribit, Aqua uorax, ibi distinguat inter uoracitatem, & concoquendi potentiam: aqua enim; quia frigefaciendo, sanguinem uentriculi tunicas rigantem, in angustum cogit; famem excitat; quamobrē multus

© S. M. T. 1.
 Vinum mi-
 nus adiu-
 uat conco-
 ctionem,
 quā aqua.
 b arg. 1.
 pro uino.
 c S. Paulus
 ep. 1. ad Ti-
 moth. c. 5.
 d arg. 2.
 e arg. 3.
 f lib. 6. epi.
 sect. 4.

multus ingeritur cibus: concoquere autem, & multum comedere diuersa sunt, vinum, inquit, ad concoquendum aptius est, immo & ad distribuendum, ad sanguinem bonum generandum, ad lotium ciendum, & ad respirandum, quam aqua: immo quo est meracius, alias ^a dixit, eo plus his prodesse, qui retinere, & concoquere alimentum volunt calor ^b insuper, opifex concoctionis est, vinum vero calidum, aqua frigida est; ergo illud magis, quam hæc, concoctionem promouere, dicendum est: sed Hippocrates ^c nonne asseruit, aquam tardi esse transitus *βραδύτης* ob frigus, & incoctilitatem eius, *ὅτι τὸ ὑποψυχρὸν καὶ ἀπρόκοτον ἐστὶν*: dixit etiā, d vinum famem auferre, quod de aqua non dixit, quo significare visus est, vinum facilius, quam aquam concoqui: itaq; Galenus, ^e uini propriam dixit mutationis celeritatem, & minima egere, præsertim rubrum, mutatione, vt sanguis fiat: propterea, inquam, etsi paradoxon uidetur, quod affirmem uinum minus, quam aquam, stomacho prodesse ad concoquendum: nihilominus tamen id firmissimis mihi persuasum est argumentis, ac primum ipsam rei naturam inspicienti: quod enim uere, ac proprie nutrit, cibus est: nam, ut aliquot exemplis ante docui, sine potu uiuere aliqui naturaliter potuerunt, cum absque cibo nullus: suntque animalium plura genera, quæ nunquam bibunt. Aristoteles ^e inquit, genus autem auium cum omne potu exiguo contentum est, tum ad uncis nullus omnino usus bibendi est, præter quam paucissimis quibusdam, quæ & ipsæ raro utuntur: qualis potissimum tinnunculus est: miluus etiam uisus est bibere, quamquam raro. hæc ille: est igitur cibus, qui potissimum nutrit, qui cum per angustos calles in corpus uniuersum ferri debeat, soluatür primum, & tabescat in uentriculo opus est. hoc autem promptius, & absolutius plerisque animantibus euenit, si liquor aliquis cibo misceatur: hoc igitur commodum ipse potus nobis affert, qui est insuper cibo pro uehiculo, ut facilius in uenas subire queat: quod Erasistratus ^d quoq; opinatus est, & à Galeno scriptum est, qui

ex

^a lib. de fa-
lub. dixit a
partic. 20.
^b 4. arg.

^c ex lib. 3.
acutor.

arg. 5.

^d ex 2.

aph. 21.

arg. 6.

^e ex Gal.

3. lib. de re-

pera. c. 2.

& lib. 3. de

alim. c.

arg. 7.

Argumen-

ta contra

vinum.

Sim. p. 111 d

111. 1103

111. 1103

111. 1103

111. 1103

^e lib. 8. de

hist. an. c. 3.

111. 1103

111. 1103

111. 1103

111. 1103

111. 1103

111. 1103

Potus com

moda.

111. 1103

d Plurag-

chus sym-

pos. Dec. 6.

probl. 3.

111. 1103

111. 1103

ex Hippocratis auctoritate humorē tenuē sanguini in ue-
 nis admistum, ὀχρὸν ζοφῆς, appellauit libro ^e quarto de usu
 partium: est enim ille humor necessarius, ut alimentum
 commodē in uenas transsumatur: ὑγρὰσιν ζοφῆς ὀχρὸν,
 inquit Hippocrates postremis verbis libri de alimento: ci-
 bum igitur tanto felicius confectum iri, & distributum pu-
 to, quanto potus tenuior fuerit, & calorem natium deti-
 nere minus poterit, qui calor eo diutius detinetur, quo du-
 rior, & crassior materies est, in qua versatur: vinum autem
 crassam quandam, atque terrenam materiam continet, vt
 constat, quoniam longo seruore crassescit: & a ^a Galeno di-
 ctum est, quod crassius est, nutrire quidē magis, sed tardius
 confici, atque distribui: aqua vero omni vino tenuior, calo-
 rem natium minus potest, quam vinum quoduis detinere:
 & ideo concoctionem adiuuare magis potest: exposuitque
 Galenus eodem quarto de usu partium, aquam animalibus
 priuatim ad alimenti distributionem conducere: insuper
 verisimile mihi videtur, concoctionem cibi in corporibus
 nostris elixationi similem esse, vt ^b Aristoteles docuit, cui
 Galenus ^c consentit: at elixatio fit a calore humidi, seu li-
 quoris, in quo res concoqui debet: quæ igitur humidiora,
 eo sunt ad elixationem, & concoctionem aptiora: at vinum
 Hippocrates ^d censuit calidum, & siccum esse: & ^e Galenus
 scripsit, mustum ex primo, vinum vero aliud ex secundo,
 aliud ex tertio tum calefacientium, tum exsiccantium or-
 dine esse: ^f aquam vero etiam summe calidam semper hu-
 mectare: iure igitur dicimus, aquam, omnis siccitatis exper-
 tem, magis, quam vinum, ad concoquendum idoneam esse:
 quæ fuit sententia (vt ^g Athenæus retulit) Plistonici medi-
 ci vetustissimi, quem ^h Galenus inter probatissimos enume-
 rauit: & a nobis stare ⁱ Hippocratem credimus dicentem
 ὕδαρ βογδὸν quoniam hoc consentaneum ijs est, quæ ante
 de aqua dicta sunt. ^k Celsus inquit, vbi expletus est aliquis,
 facilius concoquit, si, quicquid assumpsit, potione aquæ fri-
 gidæ includit: & aduersus tardam concoctionem prodesse
 dixit,

e cap. 5.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

lib. 3. de

alim. facul.

dixit, omnes potiones aqua frigida includere: neque est
 alia potior causa, quam obrem multis in morbis, ut ante di-
 ctum est, vini usus suspectus sit, & noxius reperiatur, quam
 quod vel aliorum concoctionem ciborum retardat, vel ip-
 summet difficulter concoquitur, vel utrumque: quapropter
 succus inconcoctus tantus congregatur, ut necessario mor-
 bos vel inducat, vel foueat, vel adaugeat. Vini, adhuc, cotu-
 maciam. Celsus notauit, cum, instantes frequenter discuti-
 morbos, admonuit, sola vini abstinencia, quod subtractum,
 inquit, plus quam si cibo quid dematur, adiuuat: contra ve-
 ro aquae facilitatem^b ostendit, cum potiones ita distinxit,
 ut asseruerit, valentissimam esse, quaecunque ex frumento
 facta est, itemque lac, mulsum, de frutum passum, vinum aut
 dulce, aut vehemens, aut valde vetustum: in media vero ma-
 teria esse, acetum, & id vinum, quod paucorum annorum,
 vel austerum, vel lene est: aquam autem omnium imbecillis-
 simam esse: dixerat autem, fere sequitur, ut quo valentior
 quaeque materia est, eo minus facile concoquatur: aqua igitur,
 quia imbecillissima, debet facillime concoqui. neque
 solum obest, si intemperanter vinum bibatur: nam; etsi mo-
 dice sumpti sua quaedam commoda existunt, de quibus ali-
 quid postea dicendum erit; tamen in his etiam, qui sobrie,
 & temperanter viuunt, cum aegrotant, subtractum vinum
 magnas atque euidentes utilitates asserre, experimentis
 innumeris compertum est: quo argumento intelligimus,
 moderatum quoque illius usum criminis omnino experte
 non esse.

Cur aliqui potu vini non ledantur. Cap. XXVII.



Alterum duo sunt animaduertenda, primum,
 consuetudinem potestate parem naturae saepe
 numero euadere, & naturae iura sibi vindicare,
 alterum, non esse existimandum, nullum esse
 vini usum, perinde ac si vel frustra, vel ad perni-

P

ciem

ciem receptum foret: immo sunt multæ, ac magnæ illius
 utilitates, quas tum experiri, tum apud auctores varios le-
 gere, cuique in promptu est: consuetudine igitur fit, ut mul-
 ti vinum bibendo minime lædantur, & multi, si abstinere eo
 velint, non leuius offendantur, quam si quis aquam bibere
 assuetus ad vini potum temere transeat: non est tamen vis
 tanta consuetudinis, quin aliqui ex assuetis vini abstin-
 tiam sibi quoque utilem nonnunquam experiantur: est enim
 tanta earum rerum varietas, quæ cibi, & potionis necessita-
 tem (seu genus, seu mensuram spectes) variare solet, ut ip-
 famet, quibus assueti sumus, noxia quandoque non aliter,
 quam insueta, reperiantur. Vini autem commoda, præter il-
 lum potionis usum, quem ante dixi; quo aqua vino inferior
 non est; nisi forte sit etiam superior; hæc sunt: uinum celer-
 rime nutrit, & quod Hippocrates egregie notauit; famem
 abolet: non quidem; ut aliqui existimant; quia momento ce-
 lerius in uenas subeat, & ad iecur perueniat, ubi in sangui-
 nem confestim uertatur: nam subita famis extinctio huic
 rationi tribui non potest: etenim uinum simul atque in uē-
 triculum descendit, fames cessat, nec ante quam cesset, ui-
 num ad iecur pertransit: quia ad illud, nisi cōcoctum sit mi-
 nime fertur, concoctio uero tempus aliquod requirit: &
 quāquam Galenus a dixit, uina rubra, & crassa ad sanguinē
 generandum aptissima esse, quia minima egent mutatione;
 ut sanguis fiant; idem tamen asseruit, eadem concoqui de-
 bere, & quo sunt crassiora, eo ad concoquendum, & ad di-
 stribuendum difficiliora esse, & ait, in ipso uentriculo con-
 ficienda esse, non in solo hepate, ut quidam existimarunt;
 quod Auerroes b testatus est, ac nescio, utrum Galeno di-
 gna uox fuerit dicente uinum rubrum & crassum facillime
 in sanguinem mutari, quando constat, in uentriculo ui-
 nitum saporem, tum calorem, inter concoquendum peri-
 re, ac omnino uinum in aliam naturam, antequam ad uenas
 feratur, degenerare: sanguinem autem non prius fieri, quā
 in uenas subierit ut nihil penitus referat, nigrum esse, uel
 album

ini com-
oda.

inum cur
mem exi-
it.

a lib. 3. de
alim.

b lib. 7. col
lig. c. 16.

album siue potum, siue cibum, ut ex eo sanguis oriatur: sed nutrit uinum celerrime, & prompte famem eximit: quoniam fames cum uentriculi inanitatem sequatur, ingesto uino inanitatis cessat molestia: sed hoc habet commune cum aqua, & alijs liquoribus, qui pariter implere uentriculum possunt; uerum materia crassiore, quam aqua, uinum constat, ideo ad nutriendum accommodatius: & odorum est, quam ob rem spiritus, qui in fame deficiunt, protinus reficiuntur: saporemque habet; cuius iocunditate plurimum recreamur: habet præterea inclusos quosdam spiritus, qui, dum potatur, subito exiliunt, & suauiter corpus calefaciunt: quo non aquam tantum, sed lac, & potiones alias, quæ ex frugibus, pomis, herbisque componuntur (quæ tamen habent naturam uino proximam) post se relinquit: sed & uino recreari stomachus dicitur non solum illorum, qui assueti eius potui, eo nonnunquam intermisso, stomacho imbecilles redditi sunt; sed aliquorum etiam, qui, cum assueti non essent, & male ob stomachi imbecillitatem afficerentur; uino modico restituti dicuntur: ut aliqui e contrario, cum essent assueti, nec usum eius intermisissent, in illud tamen incommodum inciderunt, quod uini abstinentia cauendum fuit: alijs enim stomachi ea infirmitas est, quæ aquam ferre; frigore fortasse aduersantem, non potest: alijs uero, quæ uinum nequeat; ob illius fortasse crassitiem; superare. Hilaritatem præterea uinum conciliat: etenim certum est, duritatem curarum, & asperitatem, quæ animos nostros collidit, ac lacerat, hoc pacto mitigari, atque mollescere: itaque sapiens ^a ille dixit, date siceram mœrentibus, & uinum his, qui amaro sunt animo, & Plato ^b scriptum reliquit, uinum datum quasi remedium aduersus senectutis duritiem: ut enim igne ferrum mollescit, sic uino animus mollior efficitur. Hæc sunt commoda ex uino præcipua: reliqua uero vel ex his profisciscuntur, ut appetitum excitare, & vomitiones cohibere; quod stomachi robur, uino partum, sequitur; vel uini sunt, ut pro medicamento adhibetur, ut cum aduersus uenena

^a Salomon prou.
c 31.
^b lib. 2. de legib.

c lib. de
tmen. bona
valer.
d lib. 1. ele
gia vltima.

bibitur, aut ulceribus imponitur, cum igitur hæc uinum commoda largiatur, ut illud omnium bonorum consensu auctorum statutum est, uinum tuto nunquam bibi, nisi modeste, & temperanter sumatur: sed nec semper hac ratione tuto sumitur quædam enim sunt tempora, cum præstat ab illo ut abstineant non solum ægri, uel incontinentes, sed sani etiam, atque modesti, ne in morbos incidant, ueluti, cum post acrem laborem aliquis delassatus est, is enim ne ægritudine tenterur, cibi diminutionem, & aquæ potum salubriorem esse, quam uini, sentiet, si est Plutarcho fides adhibenda: qui etiam calidam tunc aquam sumendam scribit, iuxta illud a Tibulli, Et calidam fesso comparat uxor aquã. quamobrem dicere possumus, nulli ex toto uinũ, aut aquã semper utilem esse: at medicamentum esse utrumque, cum inuicem assumitur; propterea non male aliqui laudant, non solum si aqua uino admisceatur, sed etiam si per se sola inter uina, etiam diluta, bibatur, scilicet uini uim, atque uigorem aquæ lenitas frangit, & aquæ lenitatem stomacho plurimorum uini temperatio iucundior reddit, & quorum stomacho frigus solet infensum esse, ijs amicam aquã, & placidam permistum efficit uinum.

Responsio ad argumenta pro uino.

Cap. XXVIII.



His autem manifestum erit, ut sit prioribus occurrendum rationibus, quibus uinum ostendebatur maiorem habere uim concoctionis promouendæ, quam aquam: cum a enim pluri mi consuetudo facienda sit, inde proficiscitur, quod nonnullorum stomacho aqua nocet, quodque multi sine noxa uinum bibunt, quod uero b ea fuerit Galeni opinio, uinum plus prodesse ad cõcoquendũ, quam aquam; non est dubitandum, quia multis ille locis hoc perspicue affirma.

b ad arg. 3.

affirmauit: quod si etiam non generatim, sed solum de quo-
dam hominum genere uerba fecisset, nihil fortasse disso-
num ab hac sententia, quam explicauit, intellexisset: sed cū
uideatur uniuerse omne genus comprehendisse, & ideo nō
consentire his, quæ à me dicta sunt; meminisse oportet, ab
eo traditum esse libro inethodi secundo, non debere aucto-
res tyrannorum ritu iubere, sed euidenti ratione, quod uo-
lunt, coprobare, ijs autem certe locis, quos ante memora-
ui, suam opinionem nullis confirmauit argumētis: propter-
ea æquo animo ferre oportet, si nos eodem iure usi fueri-
mus, quo ipse nos uti docuit, itaque dimissa auctoritate, ra-
tiones, quas examinemus, deposcimus. At nō uidetur alia
esse ratio, qua probari possit, a uino concoquendi ui aquam
uinci, quam illa, quæ à me quarto loco posita est, calorem
scilicet concoctionis opificem esse, uinum autem calidum,
aquam frigidam esse. Quæ tamen ratio me minime mouet.
Sed prius quam respondeam, tollenda equiuocatio quædā
est: nam ut aliquid ad concoquendum conducatur, & agēdo,
& patiēdo euenire, & intelligi potest. Vt igitur calor nati-
uus est auctor concoctionis, ita agendo illa concoctionem
adiuant, quæ calida sunt, ut aromata, & cibi, qui, aroma-
tum instar, simul, atque ingeruntur, calefaciunt; quod & ui-
num facit, quapropter calidum uinum dicitur, licet tactus
frigidum esse demonstret, contra quam aqua: nam cum per
se frigidam esse sensus docet, tum etiam, cum hauritur, ca-
lore nullo corpus afficit, & idcirco frigida nuncupatur. Illa
uero patiēdo concoctioni auxilio esse dicimus, quæ faci-
le in succum nutritioni aptum, atque idoneum conuertun-
tur: & contra obesse, quæ dura sunt, & difficulter soluuntur.
Cum autem sermo est de cibis, & potionibus concoctionē
adiuantibus, patiendi potius, quam efficiendi rationem
habemus, & merito, quoniam nutritio natiui caloris opus
est, calor, inquam est opifex, cibus uero materia, quam ca-
lor membris, quæ nutriuntur, similem reddit: cibi igitur
est pati: quod si cibus aliquis, præter nutritionem, etiam
aliquid

c. ad arg. 4

a lib. 3. de
temp. c. 2.

aliquid operatur; quia scilicet calefaciat, aut frige-
faciat, aut exsiccet, aut humectet; id iam non ut cibus, sed ut medi-
cina facit: etenim medicinae sciētia, & ars est effectrix quæ-
dam causa, & medicamenta similiter, ut artis instrumenta,
causae sunt effectrices sanitatis: nec dicat aliquis, cibos om-
nes pari ratione esse medicamina, quia omnes calefaciunt;
nam a Galenus docuit, quo aliquid nutrit, eo etiam calefa-
cere; non, inquam, hoc dicendum est, quod enim hoc modo
calefacit, id proprie nutrimentum ab eodem Galeno dici-
tur, quod videlicet; in ventriculo concoctum, & in venis;
iam nutrit, & corpori adiungitur: ex quo intelligimus, cale-
factionem, quæ cibus generatim tribuitur, esse concoctio-
ne posteriorem, & concoctioni nihil prodesse: nunc autem
loquimur de calefactione, quæ concoctione prior est, cui
concoctioni auxilio esse credimus alimenta calefacientia;
cum sint etiam frigefacientia quædam concoctioni minus
propitia: calefaciunt autem, & frigefaciunt cibi, non ut nu-
triunt proprie, nam hoc modo cuncti calefaciunt; sed ut vi-
cem subeunt medicamentorum: quorum alia calida, alia fri-
gida sunt, quomodo & cibi alij calidi, alij frigidi dici me-
rentur: cibi igitur patiuntur, agunt vero medicamenta: &
idem, ut cibus, patiēdo, ut pharmacum agendo concoctio-
ni auxiliatur: itaque videre est, Galenum vires alimentorū
enarrantem, notare passim, & ubique quæ facile, aut diffi-
culter concoquantur, quod est pati: in examine autem me-
dicamentorum docere potissimum, quæ calefaciant, quæve
frigefaciant, quod est agere: quemadmodum autem aroma-
ta quædam, ob duritiem concoctu difficilia sunt, aut conco-
qui nequeunt, etsi calefaciunt, ut gariofilum, nux myristica,
piper, & alia: sic etiam cibi quidam erunt, qui similiter, ut
aromata, calefacientes, ipsi concoctu difficiles inveniētur:
quod Galeni probatur auctoritate, qui de citrio dicebat,
tegumentum extrinsecus circumdatum suaueolens esse, &
aromaticum, non odore modo, sed etiam gustu: iure igitur
concoctu esse difficile, ut quod durum est, ac callosum; quod
si quis

si quis ipso vt medicamento vtatur, concoctioni nonnihil conferre, quomodo & alia omnia, quæ acrem habent qualitatem. Vinum igitur calidum esse iure dicimus, scilicet vt medicamentum, quia statim, atque hauritur, calefacit manifeste, & hac ratione concoctioni nonnihil prodest, & magis prodest, quam aqua: sed, vt cibus, minus quam aqua conducit, quia crassius est, quam aqua, atque ob id maiore, quam illa, operam requirit, vt concoquatur, vt superius exposui. Cum vero se mutuo superare concoquendi potentia vinum, & aqua videantur; nam hoc illam superate vt medicamentum, & ab illa superatur, vt cibus; vtrius maior victoria est, vini ne vt pharmaci, an aquæ, vt alimenti? vini calefactio, qua aquam superat, breuissime extinguitur, & euanesceat citissime: atque ideo non videtur posse magnopere ad concoquendum conducere, cum id & tempus, & spatiū, & calorem assiduum requirat: sed & aquæ frigus, quo concoctioni videtur aduersa, citissime ab innato calido extinguitur, quamobrem eo videtur concoctioni parum obesse: qua vero nutrimur, aqua tantum vino videtur facilitate concoquendi excellere, vt idcirco plus esse in aquæ potu utilitatis, & salubritatis, quam in potu vini, statuendum sit.

Sed a prompta est ex Hippocrate obiectio, aquam minime coqui, vinum vero famem abolere: adde, a nobis ante sumptum esse, aquam non nutrire: at prompta quoque responsio est, aquam nec nutrire, nec concoqui, si sola, & ab omni cibo secreta, scilicet si a ieiuno prorsus, & vacuo ventriculo sumatur: hocque Hippocratem voluisse, ex illis verbis intelligi, ὅταν ἐς κενεότητα εἰσέλθῃ, id est, vbi in vacuitatem ingressa fuerit: at cibus permixta & concoctilis redditur, & nutrit: ex aqua enim, & cibus succus, *χυλὸν* Græci appellant, conflatur, qui in venas subiens proprium euadit corporis alimentum: in sanguinem scilicet vertitur, quod vltimum solum Aristoteles vocare alimentum, & proprie ex Galeni sententia^b nutrire tunc dicitur, cum relictis iam venis corpori adiungitur: quod vero fames à vini potu tollatur, non aliud

probat,

a Ad 5. &
6. argum.

b lib. 3. de
temperam.
c. 2.

probat, quam vinum esse alimentum, quod sequitur etiam, cibos vino plus nutrire, quam aqua permistos; non tamen sequitur, etiam facilius concoqui: sæpe enim fit, ut quo aliquid magis nutrit, eo quoque difficilius concoquatur: & multis experimentis compertum est, coctos ex vino cibos, quam ex aqua euadere solidiores. Quid vero sit de Galeno dicendum, qui vinum facillime mutari asseruit, habetur ex ijs, quæ ante posita sunt, ubi explicatur, cur fames vino eximatur, & in responsione ad argumentum tertio loco positum. Sed duo rursus obijciuntur, nam statuentibus, vinum esse e crassiore materia, quam aquam, videtur etiam dicendum, concoctioni magis prodesse: quoniam crassiora, & solidiora, etsi difficilius incalescunt, calore tamen recepto magis, quam tenuiora calefaciunt; sic enim Aristoteles inquit, aqua magis, quam fumus, & lapis, quam aqua comburit; ergo & vinum ab innato calido calefactum, magis, quam aqua calefaciet, & magis concoquet. Sed respondemus, plus momenti esse in facilitate, qua cibus dissolvitur, quam in calore: neque etiam verum esse, quo quidque calidius est, eo plus concoctioni prodesse: esse quidem calorem necessarium, non tamen qui exurat, sed moderatum, qualem ipsa aqua, vel vino promptius, a calido innato potest recipere: alioqui cibum, potu omni solidiorem, facilius sine potu (contra sensus fidem) concoqui posset, nam vehementius calefaceret: & summam notandum, ac memoriæ commendandum esse, nec aquæ, nec ciborum, nec vini calorem esse, qui concoquit, sed eum, qui in animantibus insitus est, cui quod minus reluctatur, id facilius concoquitur: & id, quia minus impedit, & caloris huius opus minus remoratur, magis iuuare, ac promouere concoctionem, dici solet: sed minus eum retardare molliora, tenuiora, quæ tractantur facilius, etsi frigidiora, hæc igitur & facilius concoqui. Altera est obiectio, non esse aquam vino tenuiorem, immo econuerso, vinum esse, quam aquam, tenuius, ab aliquibus existimari, quoniam spiritum quendam habet igneum, qui momento in corpus

corpus fere vniuersum distribuitur, sed est animaduertendum, tenue aliud dici, quod vim agendi quandam demonstrat, & penetrabile appellatur, ac fortasse verius acutum, quam tenue dicitur: quo pacto vinum esse faterer aqua tenuius ob vim, qua subito penetrat, & calefacit, quæ dicta est, & in aqua non est: & nihil fere ad concoctionis facilitatem commodi præbet: tenue vero aliud dicitur, quod patiendi facilitatem quandam significat, quo pacto aqua vino tenuior est, quia facilius a naturali calore tractatur, & vincitur, quam ipsum vinum argumento est autem, quod aqua foco apposita demum tota consumitur, & nihil post se relinquit: at vini, dum coquitur crassum aliquid subsidet, quod in halitum verti non potest, & similiter quicquid hunc in modum tenue est, facilius concoquitur, quam quod non est, aut minus tenue est, quodque priori modo tenue dicitur, acutum videlicet, non facilius concoquitur, sed ob celerem eius eruptionem, & ad alia corpora penetrationem, subterfugere concoctionem dicendum est: cuiusmodi videtur esse spiritus ille vini igneus, quam dixi. Hæc igitur hætenus de vini commodis, & incommodis dicta sint.

Quibus precipue vini abstinentia utilis sit.

Cap. XXIX.

I qui autem sunt, quibus vini abstinentia utilis sit, ea profecto utilissima est ijs, qui vitam sedentariam agunt, qui litteris operam nauant, qui liberalium disciplinarum studio distinentur est enim à veteribus notatum, & litteris traditum, aquæ potoribus cum visum, tum omnem sensum acutiorem esse. Quid cibi ac potus incontinētia obesse ingenio possit, suo nos exemplo Protogenes^a docuit, qui interea dum Ialysum pingeret (quæ tabularum eius palmam tulisse fertur) lupinibus madidis traditur vixisse; quoniam si-

^a Plin. lib.
35. c. 10.

Q mul

mul famem sustinerent, & sitim: ne sensus nimia dulcedine obstrueret. vini vero abstinentiam, de qua nunc agimus, litterarum cupidis maxime prodesse, Demosthenis, & Ciceronis exemplo nobis persuasum est: cum alterius orationes, Plutarchus ^b dixerit, aquæ potum referre: alteri vero ^b ut probum, obiectum fuerit (ut Dio ^c est auctor) a Q. Fufio Caleno, pro M. Antonio in Senatu dicere, quod aquam biberet, ut sermones posset contra Patritios Romanos elucubrare: prodesse quoque militibus, Niger Pescennius voluit docere, cum iussit (ut Spartianus in eius vita auctor est) in expeditione vinum a nemine bibi, nescio an a Platone doctus, ^d qui ex Carthaginensium legibus, vetuit milites, dum in castris essent, vinum bibere. Quid vero de principibus, & magistratibus dicendum est, quibus non solum Plato vino interdixit, sed & Salomō ^e inquit, noli regibus dare vinum, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum: uiris autem Deo dicatis quanto salubrior sit aquæ potus, quam vini, Saladinus ^f docuit, vaser ille Sarracenorum imperator, cum captiuis quibusdam, vino & piscibus oblatis, voti & honestatis obliuionem induxit, quos non valuerat, appositâ aqua, & carnibus, decipere. sed, ne sutor ultra crepidâ, ut prouerbio dicitur, hætenus de uini continentia dixisse, satis esto.

^b in Cicerone.
^c lib. 6. hist.

^d lib. 2. de legibus.

^e Prouerb. c. 31.

^f Gulielm. Neubrug. hist. Anglicanæ lib. 4. c. 12.

Utum omni potu abstinentum sit.

Cap. XXX.



N qua disputatione etsi sumpsi, aliqua animalia potu semper carere; & superius in sermone de multorum dierum ieiunio, nonnulla exempla hominum nūquam bibentium allata sunt; tamen non est existimandum, præstare, si quis omni potu abstineat: nam ut intelligamus, quid in quoque genere natura uelit, quidve sit illi consentaneum: non id oportet,

oportet, quod paucis accidit, inspicere, sed quod omnibus, aut pluribus contingit: quæ enim hoc pacto non ceniunt, vel monstra, vel miracula, vel industriæ, & exercitationis opera creduntur. est igitur bibendi desiderium naturale, & necessarium: siquidem rarissimi potu omni abdicato, vivant: quæret igitur aliquis, cum possimus ita assuescere, ut nunquam bibamus, utrum hunc habitum assequi, conari, bonæ valetudinis causa, debeamus: nam ratione carere non videtur, si quis asserat præstare non bibere, quam bibere: non enim necessarium videtur illud, quod potest remoueri: sicuti uoluptates negabat esse necessarias apud Platonem & Socrates, quæ, si quis a teneris assuescat, auferri possunt: & ego ante sumpsi, vini usum minime necessarium esse, quoniam, sine uino multos degere, manifestum est. Verum e contrario, potum plerisque animalibus necessarium esse, sensus ipse nos commonefacit, & ipse rerum usus nos docet: non negamus, aliqua viuere sine potu, ut volucrum diuersa genera; sed in ijs, quæ bibere consueuerunt, quot reperiri licet, quibus potum non esse necessarium, affirmare iure merito possimus? rarum exemplum est, & dignum, quod litterarum inseratur monumentis, siquis unquam reperitur, qui potu semper abstineat: immo quasi monstrum, & portentum incredibile narrari solet: est igitur, ut ante dixi, usus bibendi necessarius: potionis uero, postquam in uentriculum descendit, usum esse duplicem, ante dicebam: cibum, scilicet, cōminuere, atterere, & liquefacere, & eundem in uenas deferre. Sed est prior his sitis extinctio: quam ob uarias causas uitare plerumque non ualemus: etenim cibus ipse solidus sitim inducit: labor quoque, quem effugere multi non ualent, & non pauci sponte subeunt. Itē inedia uel coacta, uel uoluntaria, sitim accersit: & fames ipsa non raro subsidium a potu postulat: tanquam potus sit etiā ad eximendam famem necessarius: non enim frustra a uiris grauissimis, quæ situm est, cur potione famelici liberentur, non autem cibo sitibūdi: hoc enim ita se habere, sensus te-

a lib. 8. de
rep.

a Aristot.
lib. 8. de hist.
animal.
Plinius lib.
8. c. 22.
b Symp.
Dec. 6. pro-
bl. 3.

stimonio compertum est: immo si quis uelit animum huic rei, & diligentiam adhibere, is facile sibi persuadebit, potum, ut a stomacho excipitur, perinde atque cibum, famis abolendæ ministrum, & cibi auxiliarium, & eiusdem aliquando uicarium esse: sitim autem amouere, non ut a stomacho excipitur, sed ut per os, & fauces, in illum descendit: atque proprium hoc esse potionis munus, cum alterum sit ei, ciboque commune: fames enim sane uidetur molestia quædam esse, quæ ab inanitate uentriculi inducitur; quæ tolli potest, quicquid sit, quod uacuum queat partem replere; sic in fame terram comedere lupi^a dicuntur, & aliqui parce ac duriter uicēitantes, sola aqua ingesta sustentatos^b Plutarchus affirmat: at sitis (si sensum eius diligenter inspicias) gulæ, & faucium potius uidetur esse, quam uentriculi, et si huius quoque sitis: propterea sitis non aufertur cibis, sed augetur: cibus enim, aut quicquid humidum est ab ore ad stomachum, quasi sponsa bibens, sitim facit: aut partes illas, per quas ad stomachum deuoluitur, aliqua sui portione ibi relictæ, ueluti gluten, sublinens, humoris desiderium inducit: quasi nihil aliud sitis esse videatur, quam molestia quædam, humoris (qui est potissimum in faucibus, & gula) defectum subsequens: qui humor potu restituitur: seu quia sicca cibi reliquæ faucibus, & gulæ hærentes, eluuntur: seu quia ipso humore exsiccata partes imbuuntur: quod etiam in ea sit fiti, quam labor, & inedia parit: nam corpus uniuersum ex succum per uenas a uentriculo & intestinis, ipseque uentriculus a gula, faucibus, & ore humorem bibit, quem potus restituit. Sed est etiam oris, & gulæ potius, quam uentriculi, male a cibis affici calentibus; cui affectioni auxilio est potus frigidus; sicut calidus illos iuuat, qui uel naturæ proprietate, uel consuetudine, calidis cibis gaudentes, humorem tantum in potu desiderant, frigus autem recusant: non quia sitis naturaliter non sit appetitus frigidi, sicut humidus, quemadmodum ab Aristotele traditum est; sed quia priuata ratione nonnulli eam molestiam ex calidis alimentis non sent-

sentiunt, cui potu frigido occurrendum sit. Verum fames, & sitis sæpe iunguntur, & eo fit, utraque ut ventriculi affectio videatur. Cum igitur ex multis causis necessario sitis oriatur, bibendique necessitas ineuitabilis nascatur; & magna sint alioqui commoda ex potu, quæ ante dicta sunt, potus omnis abdicari nec potest, nec debet: neq; paucissimorum exemplo, qui raro, aut nunquam bibunt, moueri debemus, quia quo natura, Deique prouidentia nos inuitat, ab eo facile recedendum non est: si quod in eo periculum est (quod certe in nimio potu solet esse) id facile declinari potest, si eiusdem prouidentia beneficium, rationem videlicet, adhibere aliquis velit: quæ monstri speciem subeunt, imitanda non sunt: neque Socrates omnino negauit, necessarias esse voluptates, quæ remoueri consuetudine possunt, sed ita, si, cum insunt, boni nihil operantur: ac potationis commoda manifesta sunt, neque paria hæc sunt, vini usus, & bibendi usus etenim hoc genus, illa pars generis est: non autem semper de toto genere negandum, quod de illius parte negatur: sit vini usus non necessarius; ut exposui; non inde sequitur, ut nullus potus sit necessarius existimandus: hæc hæcenus.

De carniū abstinentia.

Cap. XXXI.



ED fuit etiam apud quosdam celebris, de parcendo carnibus, opinio: de qua re locus hic iam postulare videtur, ut, quid ipse sentiam, paucis exponam. Nō est autem huius instituti de Pythagoræorum somnijs, aut hæreticorum delirijs verba facere, qui carniū esum abominati sunt, & penitus condemnarunt, illi propter animorū a corpore ad aliud corpus migrationem; μεταμύχου appellabant, quam principseorum Pythagoras commentus erat: hi ob simulatam vitæ munditiem, de his, inquam, non sum dicturus: quoniā illorum

illorum deliramenta ad bonam valetudinem minime pertinent: propterea etiam silentio prætereunda est pia multorum affectio, qui ut apud Deum gratiosi magis euadant, suisque angoribus, & acerbitatibus bene de genere humano mereantur, ut in reliquo victu omni moderatione, & temperantiam sequuntur, ita sensuum dulcedinem, & voluptates abstinentia carniū frangere nituntur: quorum tam probanda pietas est, quam aliorum ridenda dementia. Propterea Porphyrij quoque nugæ, quibus suadere carniū abstinentiam conatus est, missas faciemus: quod verò huc pertinet, hoc solum inuestigandum, nonnullis ^a enim tanta homini videtur esse cum brutis animantibus, dissimilitudo, ut rationi consentaneum videatur, brutorum animalium carnem naturæ humanæ non conuenire: ^b nec videtur natura fecisse hominem, ut carnibus vesceretur, nam animalia, quæ carniuora facta sunt à natura, eam habent corporis speciem, & figuram, quæ, ut est humani corporis constitutioni dissimilis, ita ad esum carniū videtur apte conformata, aduncum rostrum, ungues acuti, dentium asperitas, alui robur, & spiritus ad concoquendum potentissimus, at in homine os planum, dentes, & ungues æquales, & lenes, venter debilis, spiritus, calorve imbecillis: quibus addunt; ^c cum crudæ non edantur ab hominibus carnes, sed aut elixæ, aut assæ, aut ex iure diuersorum iniectis generum condimentis; hoc esse argumento, quod hominis naturæ non congruât, alioqui crudæ assumi deberent, ut ab animalibus carniuoris solent: si igitur humanæ naturæ non conueniunt, ergo nec sanitati vtilis debent existimari: immo, ^d noxias esse docemus concoquendi difficultate, & molestis cruditatibus, quas in nobis pariunt: item ^e putredine, qua facile, & grauiter capiuntur adeo, ut promptissime in eis vermes nascantur: quapropter credere est, etiam in humanis ventribus ob illarum esum vermes generari, atque ideo pueris maxime insalubres esse, & ^f quia, ut ægrotis prohibetur, ita bene valentibus non conducere, dicendum est, cum eadem

reme-

^a Contra
vsum car-
nis arg. 1.

^b arg. 2.

^c 3. arg.

^d 4. arg.
^e 5. arg.

^f 6. arg.

remedia morbos pellere, & sanitatem conferuare credan-
 tur. Hæc obijciuntur. At quid his argumentis, queso, conclu-
 ditur? bruta ^a sunt animalia homini dissimilia: sed, quid
 plantis dissimilius? illarū tamen fructibus nutrimur, & uti-
 lius, ac iustius (ut multis argumentis ^a aliqui docuerūt) ue-
 scimur. Homo ^b caret rostro, serratos dentes nō habet, & hu-
 iusmodi, quib⁹ carniuora esse prædita dictū est: fateor, sed
 habet his meliora ad uenatū instrumenta, canes, retia, missi-
 lia, & alia, quæ dentiū acumen, vnguiū, ac rostri aduncitatē
 vel adæquant, vel superant: ad concoquendū crudas carnes
 inferior quidem homo est: at, coctæ vt conficiantur, nec ca-
 lor, nec spiritus homini de est: cū ^c vero negatur, carnes ho-
 mini conuenire, quia crudæ ab eo non esitantur; quid hoc
 est, nisi feram ex homine constituere & dicamus pariter tri-
 ticum, hordeum, far, & alias fruges nobis non conuenire,
 quia cruda non deuorantur, immo in alienam speciem, dū
 panis ex illis conficitur, transmutantur: nec sunt etiam con-
 dimenta damnanda; luxus iure quidem exploditur, sed
 condimentorum vsus est sæpe necessarius: his enim sæpe fit,
 vt ciborum appetentia veluti emortua, magno vitæ com-
 modo reuocetur: neque illud ^d conceditur: esse concoctu
 carnes difficiles, & cruditates inducere, modo ne nimium
 ingerantur. Sunt nonnullæ quidem carnes valentissimi ge-
 neris, quæ non facile concoquuntur, sed sunt etiam nonnul-
 læ infirmiores, quæ difficultatem non habent: sed plurimū
 mensura possumus: nam aliquis ex valentioribus non nihil
 tuto assumet, qui in leuioribus sine periculo incontinens ef-
 se non poterit: sic panis, & olerū vsus immoderatus, & cru-
 ditates parit, & morbos inducit: itaque, ille inquit, ^d ego,
 qui me ostreis, & murenis facile abstinebam, a beta etiam,
 & malua deceptus sum. quod ^e vero facile carnes putre-
 scant, id vsu millarum magis probat, ob cogitationem vi-
 delicet, & similitudinē, quā nobis cum ceteris animanti-
 bus intercedit, quando & humana cadavera promptē pu-
 trefcunt, & vermes produciunt: similia autem similibus gau-
 dent,

Responso.
 a ad 1.

A Por-
 phy. lib. de
 abst. in ani-
 mat.
 b ad 2.

c ad 3.

d ad 4.

D Cic. ep.
 fam. 126. li.
 7.
 e ad 5.

dent, & conseruantur: non enim quærimus, vt cadauera seruari queant; quod illa præstant, quæ putredinem arcent, & diutissime manent incorrupta; sed vt viuentia sustineantur, quod alimento fit opportune sumpto: quod autem pueris familiaris morbus sint vermes, non caro facit, sed edacitas, & expletio assidua, vt Galenus est auctor, cum innato calore, qui in corporibus, quæ crescunt, plurimus est: nam adulti, ac seniores, etsi plus carniū deuorant, vermes tamen non, vt pueri, gignunt, quoniam calorem innatum, atque illi, tantum non habent. Sed nec medici semper ægrotis carnes prohibent, nec omnino in secunda valetudine aduersæ præsidia salutaria sunt: imminentes quidem, atque præsentēs morbos eodem remedium genere curari, Galeno assentimur: sed vt sanitatis, & imminētis mali status dissimilis (neutram appellat Galenus dispositionem; *ὁὐδὲ τῆς ἐξ ὁμοιοῦς*) ita curatio dispar est: nam ille per similia conseruatur, hic per contraria corrigitur. Contra vero, carniū esum naturæ hominum esse accommodatū, his ostendi potest: etenim pauci admodum reperiuntur, qui carnibus non vescantur: immo si qui sunt, id eis non accidit naturæ contrarietate, aut repugnantia, sed vel inopia; vt de Ichthyophagis quibusdam dicitur, vel religionis studio; quod h Strabo ex Posidonio de Mæsis scriptum reliquit, hi enim pietatis ergo ab animalibus abstinebant, melle autē, lacte, & caseo vefcebantur. Sed ob valetudinem neque hos abstinuisse nouimus, neq; alios, quos multos i Porphyrius memorat, Lacedæmonios, Persarum Magos, Indorū Brachmanas, & Samonæos, Syros, & variarum gentium Sacerdotes: immo de carnibus dici posset, quod Varro de Melle: Dijs & hominibus esse acceptas, quod veniunt in altaria, & in omnium mensas administrantur: illud vere dicitur, sacrificium Abel ex animalibus Deo Opt. M. gratius, quam Cain ex telluris fructibus, visum esse: & quamuis Abel sacrificium Deo acceptum fuerit, non quia foetus ouium ab eo magis, quam terræ fructus diligenterentur (vt h Sancti interpretre-

A
ad 3.
aph. 27.

f ad 6.

F lib. art.

med. c. 99.

de cur. rat.

per sangu.

miss. c. 7. &

6. aph. 47.

g lib. art.

med. c. 82.

Esus car-

nium homi-

ni accom-

modatus.

h lib. 7.

georg.

i lib. 4. de

abstin. ani-

mat.

k S. Augu-

stin. tract. 6.

in epist. S.

Ioan.

terpretes notarunt) sed ob piam illius voluntatem, vitæq;
 integritatem; ex eo tamen intelligimus, ab animalium sa-
 crificio Deum non abhorruisse: & cædes animalium, vt ab
 homine alienas, non esse damnandas, quas sibi offerri Deus
 permittit, & comprobauit, quicquid de brutis animalibus sa-
 crificandis a Porphyrio scriptum sit. Sed veterem quoque
 opinionem, quod Pythagoras carnes non esitauerit, fal-
 sam esse, A. Gellius^a docuit, Aristoxeni, qui Aristotelem au-
 diuit, auctoritate, & ipsius Aristotelis testimonio, cuius Plu-
 tarchum meminisse, testatur: dubiam vero huius rei famâ
 fuisse, certe eo ostenditur, quod Pythagoras, cum in Geo-
 metria quiddam noui inuenisset, Musis bouem immolasse
 dicitur: quamquam Cotta ille apud^b Ciceronem dicit, id
 se non credere, quoniam Pythagoras ne Apollini quidem
 Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine asperge-
 ret: quibus addi potest, carnis esum in ægris hominibus mi-
 nus, quam fructuum, vel piscium ipsorum, suspectum esse:
 propterea in sanis quoq; præferri oportere.^c Hippocrates
 admonuit, a fructibus abstinendum esse, *βῆλον*, inquit, *ὅμο-
 εἶον ἀπὲρ χέδου*, veteres nouimus, ægros, & sanos, carnibus, &
 piscibus promiscue vesci consueuisse: cumque magna sit in
 utroque genere varietas; me non latet, vix aliquid commu-
 ne statui posse: itaque a Hippocratem recusasse, de cibis ge-
 neratim aliquid definire: sed singulorum vim, & naturam
 considerandâ esse, iudicasse: tamen^e Galenus, carnes gene-
 ratim, cum probe concoctæ fuerint, sanguinem optimum
 efficere, asseruit: atque ideo illius auctoritate constat, non
 esse ab eo fugiendas, qui bonæ valetudinis studiosus exi-
 stat: cui^f Auicenna subscribere visus est, cum dixit, ex pane
 minime concocto grauius esse, quam ex minime concoctis
 carnibus detrimentum: vnde & illud tam vulgatum manas-
 se videtur, omnis generis repletionem malam, sed ex pane
 pessimam esse.

^a lib. noct.
act. 4. c. 13.

^b lib. 3. de
N.D.

^c lib. 3. de
dixta.

^d lib. 2. de
dixta.

^e Initio li.
3. de alim.
facult.

^f 3. 1. doct.
2. c. 7. in fi-
ne.

De cibi, & potus varietate, & simplicitate.

Cap. XXXII.

a. Contra
varietatem
arg. 1.



b. arg. 2.

c. lib. 2.
serm. sat. 2.

Eliquam vero est ex his, quæ initio proposita sunt, de ciborum, ac potionum varietate, ac simplicitate verba facere: ^a varietatem enim ita nonnulli damnarunt, ut naturæ contrariam esse dixerint, atque hoc sibi persuasum esse, quod ceteræ animantes, quæ naturali instinctu ducuntur, simplici viuunt cibo contentæ, & hac de causa sunt firmiori, quam homines, valetudine: quod de ijs accipiendum est; quæ libertate gaudentes in agris degunt, & naturam ducē sequuntur: nam, quæ curæ hominum subijci solent, & varietatem quandam ad saginam capiunt, eæ morbis perinde, atque homines, multis, & grauibus implicantur: quod videtur ^b etiam doceri posse, noxiam, & bonæ valetudini aduersantem esse ciborum varietatem: quam sententiam alioqui probant medicorum auctoritate, quos vident ægris variorum usum eduliorum negare: & adijciunt, medicinæ auctores præcipuos eundem, ut noxium, cauendum, in suis commentarijs admonuisse: quos, verisimile est, Hippocratem eorum ducem clarissimum secutos, qui, libro de flatibus, duplici nomine malam esse viuendi rationem, scripsit: aut quoniam plus, quam par est, assumitur, aut quoniam edulia varia, & dissimilia sunt, quæ turbas excitant, nec pari celeritate concoquuntur: & libro secundo de diætâ, condimenta idcirco damnavit, quoniam inter se viribus dissident, quæ sententia non solis medicis placuit, sed ab omni pene generis auctoribus cōprobata est: ita enim ^c Horatius, inquit, Variæ res Vt noceât homini credas memor illius escæ, Quæ simplex olim tibi sederit, at simul assis Miscueris elixa, simul conchylia turdis, Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum Lenta feret pituita: vides ut pallidus

omnis

omnis Cœna defurgat dubia. Sic ^a Plinius: homini cibus
 utilissimus simplex, acervatio saporum pestifera, & condi-
 menta perniciosiora. Delius Antiphanes (ut ^b Clemens
 Alexandrinus testatur) solam morborum causam cibo-
 rum uarietatem existimauit. Plato, libro tertio de Repu-
 blica, ciborum uarietatem musicæ uarietati ita compara-
 uit, ut ex hac morbus, quemadmodum ex illa intemperan-
 tiam, nasci affirmauerit, atque uarietatem uel Homeri testi-
 monio penitus damnauerit: namque Homerum uariorum
 non meminisse condimentorum, immo nec piscium nec eli-
 xarum carniarum arbitrabatur: scilicet ^c cibus uarius faci-
 lius, citiusque, quam simplex, corrumpi uidetur, non secus,
 quam Reipublicæ accidat, quæ omnis generis hominum
 colluie plena sit: in hac enim, ut uix potest concordia, &
 uoluntatum coniunctio reperiri; quæ uel sola Respublicas
 tueri potest; sic & ex cibo uario alimentum corpori salu-
 bre, ac firmum accedere uix potest: cibus, inquiunt, idem,
 quod coloribus euenit: hi namque, cum simplices sunt du-
 rabiliores, & præstantiores picturas efficiunt: cumque
 alij ocus, alij uero serius concoquantur, quis non uere-
 tur, aliquod ex hac diuersitate oriri corporibus detrimen-
 tum, perinde atque musici citharas, aliæue organa diuersis
 munita fidibus tractantes sonorum confusionem suspectâ
 nunquam non habent? cibus, ^d insuper, uarius quam sim-
 plex, difficilius concoqui existimatur, ut etiam paratur dif-
 ficilius: & quia uires habet contrarias, obstitit concoctio-
 ni, sicuti pugnantia in oratione argumenta persuasionem
 ac fidem impediunt: de uino potioribus credendum est, qui
 nihil æque fugiunt, quàm uinorum permixtionem, hac enim
 ocysime induci ebrietatem experiuntur: qualis autem est
 ex uino ebrietas, talis ex cibo cruditas uidetur esse: ergo,
 ut uinorum, ita & ciborum uarietas, ueluti concoctionis
 impedimentum, uitanda est. His ^a accedit, cibi copiam sine
 controuersia mille periculis obnoxios nos reddere, uarie-
 tateque, ueluti lenocinio quodam, illius meretricis impe-
^a lib. 2. c. 5.
^b lib. 2. p. 2.
^c arg. 3.
^d arg. 4.
^a arg. 1.

rio nos subijci: copia enim, non secus omnium corpora, quā meretrix adolescentium mentes ad perniciem inducit: nā adiunctam habet magnam varietas iucunditatem, escam vi delicet, malorum: propterea Socrates, vt legitur apud ^b Xenophontem, cum docebat, ad vitandam expletionem, remedio esse, si cibis, qui non esurientes ad comedendum inuitant, minime vescamur, nec bibamus vina, quæ vel a non sitientibus auide expetuntur; vnā varietatem damnasse creditur: etenim sibi vnum erat obsonium, fames, nullaque erat non iucunda potio, cum nunquam biberet, nisi sitiret: sic olim Persæ vnum cum pane nasturtium (nisi quis venatu aliud opsonium comparasset) suauiter comedisse, & aquam bibisse feruntur: id quod ad sanitatem custodiendā expeditissimum videtur; quod ^c ipso etiam vsu rerum docemur, cum robustiora, & firmiori valetudine corpora illorum sint, quos simplici victu viuere necesse est: cuiusmodi rustici sunt, operarum ingēs numerus, famuli, mancipia, & id genus, sed & honestiores, ac splendidiores personæ; quas tradunt multas; cum bonā valetudinem, tum vitam diutinam per hanc viuendi rationem consecutæ sunt: qualem fuisse ferunt Cyrum cum illo Persarum victu, quem ^d scribit Xenophon valde senem esse defunctum, nec vnquam animaduertisse in senecta se imbecilliorē, quam in iuuenta, redditum esse: qualem Masinissam Maurusiorum regem, qui ante tabernaculum stans sine pulpamento cibū capiebat, cibario pane, & bellarijs militaribus contentus: & post annum nonagesimum secundum Carthaginenses bello superauit: qualem Cato seipsum apud Ciceronem describit, qui, annum agens quartum & octogesimum, nullum officij genus à se desiderari sinebat: & ita uixit, vt superuacaneis rebus non egere præclarum putauerit, & eodē pane, uinoque eodē, quo serui, vesci consueuerit. Sunt quoque nationes quædam, & gentes (quarum historiam texere huius loci non est) quæ uniuersæ ob victus simplicitatem, cum sanitatis bono fruuntur, tum diutissime uiuunt:

^b lib. 1. de
Socrat. me-
morabilib.

^c arg. 6.

^d lib. 8. de
Cyri instit.

uunt: ut mirandum ^d non sit, Hippocratem, libro de diæta acutorum, deteriorem; sed sine uarietate; viuendi rationē, ^{d arg. 7.} quam meliorem; sed uariam, magis commendasse: his igitur ciborum uarietas accusari solet. Contra vero argumen- ^{pro uarieta te rationes} ta non desunt, quæ eandem naturalem, atque utilem esse, docere posse videantur: hocque in primis, secundum naturam illud a nobis existimari, quod semper, aut plerumque, seu omnibus, aut plerisque contingit: rerum autem uarietatem omnes capere, omnibus iucundam esse: rogare equidem singulos nemo potest, ineptumque, ac ridiculum est hoc cogitare: verumtamen si quisque semetipsum ad examen reuocet, intelliget, ciborum uarietatem ut iucundā, ita naturaliter optabilem esse: scilicet, nō naturę impulsu, sed admonitionibus, & consilijs hāc relinquimus, & cauemus: deinde quis negare possit, secundā naturā id esse, quo animalia lætātur, & pinguiora euadūt? hoc enim de uarietate ciborum ab ^a Aristotele scriptum est, ubi de suis uerba ^{a lib. 8. de hist. anim.} faciens dicebat, illis ad alendum, & pinguefaciendum uarietatem esse optimam, gaudent enim, inquit, uti cætera quoque animalia mutatione, *χαίρει γὰρ μεταβάλλουσα, καὶ θάπει καὶ τὰ ἄλλα ζῶα*, quę ratio est superioris sententię, *τὸ δὲ ἔλρον, μὴ ποιεῖν ἀπλὴν τὴν τροφὴν ἀλλὰ ποικίλην*. scilicet *ἀριστον πρὸς τὸ ποιάμεν*, in vniuersum optimum est ad pinguefaciendum cibus non simplex, sed varius: colorum mira uarietas in hac mundi pictura oculis semper obuia, & iucunda naturaliter, & amica nobis est bene affectis, & rite constitutis: variorum item odorum fragrantia, variusque sonorum concentus naturaliter iucundus est; cur igitur sapes varios accusabimus? cibus adiunxit natura iucunditatē non frustra; non temere item varios procreauit rerum, quibus alimur, sapes; ergo qui uarietatem damnat, naturam quoque ipsam redarguere videtur. Sed habet etiam usus quosdam suos uarietas in medicina: etenim ciborum fastidium in ægris delet, & appetentiam irritat, ut ^b Asclepiades scripsit, ^{b Celsus lib. 3. c. 6.} & res ipsa nos docet: & est traditum ab ^c Hippocrate, va- ^{c lib. de salub. diætā.} rieta-

D Respon
sio ad arg. 1

d Symp.
dec. 4. pro-
blem. 1.
e lib. 7. Sa-
turn. c. 5.

a lib. 9. de
plantis.

b lib. 21. c.
8.

e Hæro, an
bruta ratio
ne utantur

rietatem cibi, ac vini ijs prodesse, qui alui adstrictione laborant: neque ^D vera sunt, quæ obijciebantur: primo, scilicet, brutas animantes simplici vesci alimento: etenim notum illud est, quod (vt a Plutarchus, & ^e Macrobius retulerunt. Eupolis comœdiæ poeta scripsit; cum in ea fabula; quam Capras inscripsit; capras induxit dicentes, omnigena se vesci materia, abiete, ilice, arbuto, cythiro, smilace, lentisco, oleastro, fraxino, quercu, hedera, myrica, & alijs plurimis, quæ non uiribus minus, quam nominibus inter se differunt: quod quamquam capris eo loco tribuitur, videre tamen est etiam in alijs animalibus: quæ libere vesci possunt, cuiusmodi boues sunt, quod genus dicebatur à Theophrasto ^a omnium maxime omniuorum esse, atque si quis obijciat, dictam materiam vno quodam genere contineri, videlicet plantarum dumtaxat; Pliniumque interpretatum sic esse hunc Theophrasti locum, atque si de solis herbis locutus esset: illa enim Plinij ^b (boues omniuoræ fere sunt in herbis) cum alijs, quæ præcedunt, ex eo, quæ diximus, Theophrasti loco transcripta sunt; homines autem multo magis varia, & dissimili materia delectari, nepe herbis multiplicibus, diuersi generis fructibus, omnigenis frugibus; piscibus, auibus, quadrupedum denique multarum carnibus; hoc, inquam, argumentum facillimo negotio diluitur: nam brutæ sunt etiam, animantes, quæ non tantum carnibus, frugibus, herbisque, sicut homines, pascuntur, sed etiam omnigena comedunt semina, muscas, culices, vermes, & omnis generis insecta naturaliter deuorant, quorum exemplum habemus domesticum gallinas; ne cornicem & Gaiam commemorem. Omniuora, ex brutis animalibus quædam dicuntur, *πανφάγα*, Græci appellant (mentitur enim apud ^c Plutarchum Gryllus, cum dixit, hominem solum omniuorum esse) sunt autem eiusmodi ex aquatiliū genere ea, quæ molli cortice conteguntur, quæ non tantum carnes, sed & stercorea, & lapides deglutiunt: cuiusmodi sunt etiam inter terrestria serpentes, & lacertæ, item (vt omit-

tam

tam canes, & fues, qui nobis ante oculos semper versantur) vri, & simia, quin & insectorum quedam *παμφάγα* dicuntur, ut ab Aristotele scriptum est, quæ vero ab hominibus animalia curantur, non ob uarietatem magis ægrotant, sed ob pabulum, cui labores crebro minime pares existunt, sed uel illud superant, uel ab illo superantur.

d lib. 8. de
hist. anim.

Utrum cibi varij seditionem pariant.

Cap. XXXIII.



VOD uero a de auctorum grauissimorum sententia dicebatur, accurate considerandum est: atque, cum de uarietate idem ego, quod illi, sentiam; scilicet, ideirco noxiam esse, quia nos adducit ad luxum, & intemperantiam: nã efficit, ut plus capiamus, quam bonæ ualitudinis causa expediat; altera pars in controuersia est, quod uidelicet Hippocrates dixit, uaria edulia ob dissimilitudinẽ turbas parere, & non eadem celeritate confici, cuius auctoris, etsi grauissimi, sententia ad disquisitionem ideo reuocanda est, quoniam ipse significauit, non debere nos eam, ueluti ab oraculo recipere: cum enim rationem attulerit, non compellere, seu imperare, at maluit suadere, & rationum momentis perducere: etenim qui rationes affert, is auditorem, seu lectorem sibi iudicem constituit, qui pondera rationum examinando, de proposita sententia decernat: itaque iure ac merito facimus, si rationem Hippocratis perpendendam ducimus: eius uero duo sunt membra: alterũ est, quod ait, uaria edulia seditionẽ, & turbas inducere, *τὰ ἀνόμοια*, inquit, *συστάζει*; alterum uero, quod non eodem tempore, sed alia citius, alia tardius cõcoquuntur: primũ ergo primũ examinemus, quod si res uariæ essent omnes, cuiusmodi homines sunt, qui mores inter se dissimiles habent; quæ causa est seditionum ac turbarum maxima; hæc ratio conuinceret: sed rem uidemus

a ad 2 arg.

a in disput.
de ciborū
ordine.

uidemus in alijs aliter se habere : quia contrariorum temperatione omnia constant, & quamquam res à natura conditæ, ob vim contrariorum; quæ se mutuo semper oppugnant, atque ideo nexum, quo quasi vinciuntur dissoluant; necessario denique corrumpuntur: id tamen est naturæ ingenium, ut ex contrarijs elementis opera pulcherrima constituantur, certum tempus duratura : sicut apes ex dissimilibus plantarum plurimarum floribus mella conficere doctæ sunt, cur non similiter naturam in nobis putem, e diuersorum generum alimentis, ex varijs saporibus, & condimentis posse optimum succum elicere ad nutriendum? mihi certe constare videtur, a varietate protinus, & ubique seditio-nem necessario non oriri: alterum vero; periculosam, scilicet, varietatem esse, quoniam alia citius, alia tardius concoquuntur; robur aliquod habere uideretur, si cuncta simul in uentriculo edulia concoqui oporteret; sed alio loco, ^a id necessarium non esse, abunde explicaui; hæc ad Hippocratis auctoritatem: cæteri auctores non aliam ob causam audiendi sunt, nisi quia recte nos admonent, uarietatem esse ueluti expletionis, & saturitatis lenocinium: ea enim fit, ut plus cibi capiamus, quam par est, at scire licet, hoc, non naturæ, quæ nunc inspicitur, sed imprudentiæ crimen esse, magnum est in uarietate periculum, quia uoluptatem delibare solum, & confestim deserere, homini difficile est: sed prudenti, & amanti nihil difficile, chordarum multitudo in musicis instrumentis, fistularum coniunctio multarum, multarum uocum uarietas concentus efficit iucundissimos, quorum suauitas humanos ita perfundit sensus, ut nihil aliud, quam uoluptatem malint: eademque ad molliem, & luxuriam, fortitudine, & tēperātia deserta, homines allicit: propterea in simplici musica periculi minus est, sic igitur ex ciborum, ac saporū uarietate facile in morbos incurrimus: scilicet hoc est, quod Plato significauit: non enim aliam ob causam periculum est in uarietate, nisi, quia facile succumbimus uoluptati: sed memento, te hominem esse, tibi que

ratio-

rationem inditam, cuius ope efficias, ut voluptas tibi inferuiat, non autem imperet. Sic enim intelliges, magno vitæ commodo tantam rerum varietatem a natura procreatam, & nobis oblatam; atque non in re, sed in nobis ex varietate vitium esse. Homerum autem & piscium mentionem fecisse, & obsoniorum varietatem, & iucunditatem cognouisse, & indicasse, libris variarum obseruationum explicauit. Quod a vero cibum varium citius, faciliusque corrumpi prædicant; quod discordia, lites, iurgia citius, faciliusque in ciuitate omnis generis hominum colluue plena, quam ubi vnius gentis existunt ciues, oriantur; huic respondi paullo ante, cum dixi, res natura constanteis, etsi varias, coire tamen aliter, quam hominibus accidar: homo potest alicui velle & nolle conciliari: quæ vero naturæ opera sunt, ex contrarijs elementis ita sunt constituta, vt ipsi repugnantia id, quod sunt, acceptum referant: vt non inepte ille antiquissimus litem in primordiorum numero posuerit colorum quoque ratio non obstat: nam vt ex varijs necessario coloribus pictura conficitur, ita varij sapores optimum possunt alimentum conficere: si vero pictura perennitatem ex colorum simplicitate assequitur, quid est in cibo simile, quod alicui perpetuitatem efficiat? immo quia salubrior cibus est, quo facilius concoquitur, idcirco tantum abest, vt varius cibus ideo damnandus sit, quod facilius corrumpatur, vt hac ipsa de causa sit simplici præferendus: nam quod facile corrumpi potest, aut omnino, aut saltem, si modus adhibeatur, facile quoque concoquitur. Neque citharæ, & aliorum organorum suspecta confusio est, nisi ob artificum imperitiam: nam alias Musica, seu Harmonia nihil est, nisi discordia concors. Sed quia e contrario dixere alij, cibos varios difficilius concoqui, quoniam difficilius parantur: dico, difficilem esse concoquendi, & parandi rationem: hoc facit hominum industria, quæ varijs eget instrumentis, illud a natura fit, cui omnia præsto sunt: neque concedo, quod adiungunt, varietatem ciborum concoctioni, ob virium repugnan-

vinorū va-
rietas cur
ciculus ine-
brietur.

a lib. 3. de
anima, tex.
67.

b ad 5. arg.

c ad 6. arg.

gnantiam, obsistere; nisi plus assumptum sit, quam stoma-
chus ferat: de qua re satis ante dictum est. Nec me ebrieta-
tis exemplum mouet: neque enim fatebor, vinorum varie-
tatem, nisi etiā iustum bibendi modum egrediātur, ebrios
facere: dixerim tamen, cieri promptissime a vinorum per-
mixtione ebrietatem: nam in vino magna ad commouen-
dum vis est, cuiusmodi in cibis non est: propterea celerius
vim suam exerit vinum, quam possit ipsum natura formare,
& suis (vt ita dicam) moribus imbuere: at ciborum segnior
facultas est, & minus prompte nos afficit: atque, cum sæpe
utilis ciborum varietas reperiatur, nunquam nocet, nisi co-
pia quoque cum ipsa coniungatur: vinorum varietas vel so-
la potest obesse: nam sapor vini excellentius quiddam est,
quam ciborum sapor, & peculiarem quandam in nobis vim
habet vel cōsensionis, vel repugnantia: etenim cōsensionis
argumentum habemus, vini præsertim desiderium in ægris
vsque ad insaniā: repugnantia uero, ægrorū gustatus a uino
singulariter male affectus, nam quibus alia omnia talia vi-
dentur, qualia sanis apparent, vinum uel dulce (vt sani iudi-
cant) sæpe amarissimum sentiunt: idcirco a vinis vehemen-
tius, quam a cibis afficimur: nec secus gustandi sensus lædi-
tur, quam videndi, & audiendi, & reliqui, quos ab excellen-
ti sensibili corrūpi, inter omnes constat: immo animal quo-
que ipsum ab ijs corrumpi, quæ tactum, & gustatū afficiūt,
notatum est ab a Aristotele, ac litteris traditum. Ex quibus
intelligitur, cruditatis, & ebrietatis dissimilem rationem ef-
se: & iure merito celerius a vino ebrietatem, quam ex cibis
cruditatem oriri: nec sequi, si varietas vinorum ebrietatem
prompte arcessit, ciborum quoque varietatem cruditatis
causam necessariam esse. b Quod deinde obijciebatur, a
varietate homines adduci ad expletionem, & saturitatem,
satis ante dixi, hoc non ciborum, sed hominum vitium exi-
stimandum. c Neque nego, cautius egisse, & nunc agere, qui
simplicibus cibis vescuntur: quoniam cum saturitate acrius
simplicioribus, quam multiplicibus cibis contendimus: nā
& cum

& cum scortis versari, & lupanaria, & ganeas frequenter adire, & continentem esse, ac Veneris laqueos euadere, difficillimum est. ^d De Hippocratis sententia, postremo loco, ignorandum non est, sermonem illi non esse de ciborum varietate, sed de consuetudinis mutatione: etenim mutationes esse periculose consueuerunt, adeo ut non solum timendum sit, si bonam aliquis viuendi rationem repente deserat, & ad malam conuertatur, verumetiam si, deteriori constanter assuetus, subito ad meliorem transferatur, quod generatim ab Hippocrate dictum, non solum non refellit ciborum varietatem, sed eo etiam probat, quo eos docet; qui varietate gaudentes longo iam tempore vario cibi genere vesci soliti sunt; ad victum simplicem repente sine periculo transferri non posse: non enim comparat varietatem cum simplicitate, sed deteriorem cum meliori: nam praestat, deteriorem seruare, quam repente deserere, ut meliorem sequamur, *φάλη διατα βρώσις, καὶ πόσις αὐτὴ ἐωτῇ ἡμερῆς ἀεὶ ἀσφαλέστερη ἐστὶ τὸ ὅππαν ἐς ὑγίειαν, ἢ εἴ τις ἑξαπίνης μέγα μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρῖνον*, uiciosa, inquit, uictus ratio comestitionis, & potionis, ipsa sibi ipsi similis semper, securior est ad bonam omnino ualitudinem, quam si quis repente magnopere ad meliorem mutetur: quæ uerba ad uarietatem ciborum, & potionum non pertinent; sed communia sunt, ac de quacumque uictus ratione dici possunt, seu inter simplicem deteriorem & meliorem comparatio sit, seu inter uariam uel bonam uel malam, & simplicem uel bonam, uel malam, seu inter uarias, cum alia melior, alia deterior queat esse: semper enim tutius in ea se aliquis continet, quam diu constanter seruauit, quam si subito ad meliorem, magna facta mutatione, transferatur.

d ad 7. arg.

οὐδὲν ἀλλοῦ
- αὐτοῦ
- αὐτοῦ
- αὐτοῦ
- αὐτοῦ
- αὐτοῦ

*Mutatio grauior ab inedia ad saturitatem, quam
contra. Cap. XXXIV.*

Non subito
sed paul-
tim victus
consuetus
mutandus
est.



ED opportune incidimus in hunc sermonem
vt duæ non omittendæ quæstiones paucis ex-
plicentur; cum enim plerique illam viuendi ra-
tionem sequantur, quæ ei potius, quod est ni-
mum, quam mediocritati accedit. (cum etiã
aliqui non desint, qui parce ac duriter nimis victitant; qui
tamen pauciores sunt) si quis admonitus salubriorem viã
ingredi velit, is iure ac merito quæret, subitane, ac repen-
te, an paulatim deferere consuetum viuendi genus debeat.
ac rursus cum accadat, vt post longam inedia nonnulli,
oblata ciborum copia, intemperanter statim impleantur,
& contra alij cibo distenti multo confestim inedia se se de-
dant; vtra mutatio grauior, & periculofior existimanda est?
De priori quæstione breuiter dico, subitam defectionẽ pro-
bandam videri ob eam, quæ inter prauos mores, & morbos,
sanitatem, & virtutem, notissima similitudo est: nec enim à
vitijs ad virtutes paulatim transeundum est, sed quampri-
mum vitia deferenda penitus, illorumque memoria oblite-
randa: & licet non subito virtutem (quia habitus est pluri-
bus actionibus acquirendus) induere possimus, virtutis ta-
men officia valemus statim, vitiosis factis penitus omissis,
exercere: itaque & ea statim deferenda, quibus male vale-
mus, & ad ea accedendum, quibus bonam valetudinem nã
cisci, & tueri possumus. Huic tamen sententiæ Hippocrates
a 2 aph. 51. repugnat verbis ante recitatis, & a libro secundo aphorif-
morum, vbi generatim, atque vniuerse omnem repentinã,
& insignem mutationem, tamquam naturæ inimicam dam-
nauit: τὸ καὶ πολὺ καὶ ὁξυπίνης κενουῦν, ἢ πληροῦν, ἢ περιμεύειν, ἢ ψύ-
χειν, ἢ ἄλλως ὁποιοῦν τὸ σῶμα κινεῖν σφαλὲς ἐστίν, καὶ πάν τὸ πολὺ τῇ φύ-
σει πολέμιον, cui consona est tota illa tractatio secundi libri

de vi-

de victu acutorum, qua pluribus docet, atq; concludit, omnem subitam mutationem, quæ modum exceſſerit, noxiam eſſe: πάντα, inquit, ἑξαπίνης μείζω πολλὰ τῶν μετρίων μεταβαλλόμενα ὅτι τὰ, & ὅτι τὰ, βλάπτει. hoc eſt, omnia, quæ repente multo ultra modum in hanc, vel in illam partem permutantur, nocua ſunt. nec morum & morborum ſimilitudo tanta eſt, quanta ſumitur in dicta argumentatione: neque enim animus adeo eſt obnoxius, atque corpus, mutationum periculis: poteſt enim qui diu auarus, qui iniuſtus, qui timidus fuit, repente ſine periculo, ne lædatur animus, liberalitatis, iuſtitiae, fortitudinis aggredi munera, at ea repente, ac multum (non ſolum enim Hippocrates dixit, repente, ἑξαπίνης ſed adiecit, multum, καὶ πολὺ, & πολλὰ μείζω τῶν μετρίων) ea, inquam, repente, ac multum commutare, quibus diu corpus aſſuevit, hoc vero ſine bonæ valetudinis periculo fieri non ſolet, itaque ſaluberrimum illud, & commune præceptum memoriæ nobis hæſere oportet, vt mutationes paulatim fiant, τὸ κατ' ὀλίγον ἀσφαλές: ſic olim virum inſignem, nobiſq; amicum, à vitioſo victus genere; quo integro decennio uſus erat; cum ſingulis diebus (magno tamen eius animi mærore) tantum cibi abſumeret, quantum vix quatrīduo antea capere conſueuerat; intra quadragenos dies, ſenſim demendo, priſtinæ moderationi tuto reſtituimus. De altera quæſtione non aliud ſentiendum videtur, quam eſt ab ipſo Hippocrate ſcriptum libro eodem de victu acutorum: fingere quidem, ac ſuadere ſibi nonnulli poſſent, illos lædi grauius, qui ab expletione multa, & longa ſaturitate ad ſubitam inedia, quam qui ex inedia longa ad ſubitam expletionem transferunt: nam, cum naturæ magis conſentanea expletio quam inedia, videatur, vt initio huius tractationis oſtendebatur; id vero, quod magis ſecūdum naturam eſt, ſalubrius quoque non immerito iudicetur; ergo & ſalubrem magis ab eo, quod eſt præter naturam, ad id, quod naturale eſt, mutationem, etſi ſubitam, exiſtimandam eſſe, quam illam, quæ ex aduerſo ſit. contraria tamen, & vera Hippocratis ſententia

a lib. va-
riarum ob-
seruationū
& in notis
ad Hippo-
cratem.

cia est, cuius verba libro secundo de victu acutorum (vt nō
bis videntur legenda, nam vulgata lectio obscura nimis est,
vt alibi ^a exposuimus) hæc sunt: πολλὰ πλάσῃ μὲν οὐκ ἔστι κοι-
λίῳ ἢ ἐλάθῃ ἔσθῃ, καὶ ἐκ πολλῆς κενεαγωγίης ἔξαπίνης πλέον τῷ με-
τῆς περιστέφεται. ἀτὰρ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα, καὶ ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἔξα-
πίνης ἐς πλείον πόνον ἔλθοι, πολὺ πλείον βλαβερόν; ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐσθί-
δης ἐς κενεαγωγίαν μεταβάλλοι, καὶ καὶ ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίας ἔξα-
πίνης ἐς χαλῶν τε καὶ ῥαθυμίας ἐμπέσῃ. δεῖ μὲν τοι καὶ τὸ σῶμα του-
τέοισιν ἡλινύει πλείονος πόνου, δεῖ δὲ καὶ τούτέοισιν ἡλινύει πλείονος
βράχους: καὶ δὲ μὴ πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσῃ καὶ βάρους ὄλου τὰ σῶ-
ματος: hoc est. Multo igitur maius erit ventriculi detrimen-
tum, si, postquam venæ multum conciderint, repente plus
iusto intumescat: sed & reliquum corpus, si ex multa quie-
te subito ad plurimum laborem deducatur, multo magis
lædetur, quam si ex multo esu ad vasorum inanitionē trans-
mutetur, & ex multa fatigatione repente ad otium, & se-
cordiam conuertatur: oportet quidem hos corpus quieti
tradere, oportet vero & hos ventrem paullatim a multo ci-
bo continere, sin minus laborem corpori inferet, & onus
toti corpori. Hæc autem Hippocratis sententia confirma-
tur experimentis: nam multi visi sunt, qui post saturitatem,
& crapulam, vnius, & plurium dierum abstinentia subita in-
columes remansere; & contra, qui post longam inedia, vt
in caritate annonæ, & penuria fit, repente sese expleuere,
plerique mortui sunt: nec momentum est aliquod in con-
traria argumentatione, quæ explicata est: nam etsi conce-
dimus, quod est magis secundum naturam, id quoque salu-
brius esse, & expletionem esse magis secundum naturam,
quam inedia; non tamen sequi fatemur, etiam subitam
mutationem ab inedia ad saturitatem salubriorem esse,
quam e contrario: nam etsi finis aliquis salubris est, non ta-
men quælibet ratio, quæ nos ad eū finē prouehit, æque salu-
bris est: vt corpus vacuum excrementis esse, salubre quidem
est, at nō æque salubre est, repente, ac confestim, atque paul-
latim corpus medicamento mouere: Hippocrates, cum di-
xit,

xit, omne multum, πᾶν τὸ πολὺ, naturæ aduersari, nos admonuit, esse aliqua, quæ, alias salubria, si modus absit, in salubria euadunt: itaque post inediam subita saturitas periculosa est, & multo grauior, quam inedia post saturitatem, quia maior, quam hæc, illa mutatio est: nam qui satur est, potest inediam vel pluribus diebus ferre; quæ oneris cuiusdam alleuatio est; at cui vasa inania sunt, subitum multi cibi onus tuto ferre non potest. His vero hunc in modum explicatis, nihil videtur reliquum ad id perficiendum, quod mihi de ciborum, & potionis continentia generatim, atque vniuerse dicturo propositum erat.

De rerum venerearum usu.

Cap. XXXV.

ED quoniam in eisdem Continentia & Temperantia voluptatibus versantur; quæ videlicet ex cibo, & potu, rebusque veneris capiuntur; cum de cibo, & potu; quantum bonæ valetudini conseruandæ conducit; satis disputatum sit, locus hic iure postulat, vt quid sanitati Venus prodesse valeat vel obesse, perpendatur fuere autem qui non solum ad sanitatem conseruandam vtilem esse venerem arbitrati sunt, verum in morbis quoque nonnullis pro remedio esse: idque Hippocrati magni auctoritate confirmarunt: sed non est nobis hoc loco propositum, morbos curare; idcirco de veneris usu in morbis, alio loco magis opportuno dissetur: & quædam ante scripsimus priori variarum observationum libello: itaque propositæ tractationis contenti finibus, de sola bonæ valetudinis custodia disputabimus. Magni ergo viri, & ij quidem vetustissimi auctores fuere, qui nullo venerem commodo exerceri affirmarunt. Cliniam Pythagoricum, auctor est Plutarchus, dixisse, tum mulieri adesse oportere, cum quis damnum aliquod assequi uelit. & Hippocra-

Venus dā-
nata aucto-
ritatibus.

a 3. Sym-
pos. 6.

b no. at- Hippocratem, testati sunt A. b Gellius, & Macrobius, c ea
 tic. lib. 19. dixisse, *συνοίαν ἔχει μικρὴν ἐπιληψίαν*, licet eadē Galenus d Sa-
 c. 2. bini, & Clemens e Alexandrinus Democriti fuisse, dixerit:
 e lib. 2. fa- Si ergo venus parua epilepsia est, morbus est, ex mor-
 turn. in fi- bo autem quod bonæ valetudini commodum proficisci ex-
 ne. d 3. epidē. spectamus? Sed idem f Galenus, Epicuri fuisse sententiam,
 com. 1. tex. tradidit, veneris salubrem vsum nullum esse: quam Demo-
 4. critus quoque damnavit, vt Plinius g retulit: damnavit au-
 e lib. 2. pæ dag. c. 10. tem, quoniam ex homine homo veneris ope emittitur: sed
 f lib. artis med. & 3. huius rationis vis, quænam sit, diuinare oportet, fortasse vo-
 epid. 1. tex. luit rei magnitudinem significare: quia, scilicet, quod vene-
 g lib. 18. c. re excernitur (vt Hippocrates dicebat libro de genitura)
 6. robustissimum quiddam est, *τὸ ἰχυρότατον*: argumento, quod
 paucula, inquit, adeo re emissa languor exoritur: & libro
 de morbis quarto dixerat, ex humoribus corporis non mi-
 nimam, neque debilissimam portionem οὐκ ἔλαττον οὐδ' ἀσθενέ-
 2 4. probl. *νέσταιον*, in semen secedere: quod a Aristoteles quoque ob
 13. eandem rationem b confirmavit: *ἀπ' ἐρμᾶ*, inquit, *μικρὸν ὄν
 πολλὴν ἔχει δυνάμιν. ἐκ πολλοῦ γὰρ ὀλίγον συγκεφαλαιώταται, διὸ ὅταν
 ἀπὲλθῃ, λύονται ὡς ἐκ πολλοῦ*, semen exiguum cum sit, multam
 habet potestatem: nam ex multo paruum compendium ex-
 22 lib. 1. de stat: quamobrem, vbi id recessit, plerumq; resoluuntur: & 22
 gener. ani- alibi, *ἢ πρὸς ἐκλυσις, ἢ ἀπὸ γένου, ἀπὸ πλάθοντος τοῦ περὶ γίνεσθαι ὅτι δὴ λῶς*,
 mal. c. 18. exolutio, minima huius parte secreta, fit manifesta. Cle-
 b lib. 2. pæ mens quoque Alexandrinus ad eandem Democriti senten-
 dag. c. 10. tiam dicebat, homo ex homine nascitur, & euellitur, vide
 damni magnitudinem, totus homo per exinanitionem coi-
 tus abstrahitur, dicit enim, hoc nunc os ex ossibus meis, &
 caro ex carne mea, homo ergo tantum exinanitur semine,
 quantus uidetur corpore, est enim generationis initium id,
 quod recedit. Sed præterea afferuntur quoque nonnullæ
 Venus dī- non dissimulandæ rationes, nec penitus negligendæ: dicunt
 nata. enim, c usu ueneris uitam reddi breuiorem, & argumen-
 c arg. 1. to mulos esse, qui diutius, quam parentes uiuunt, non ob
 aliam causam, quam ob coitus abstinentiam: sic & feminas
 diutius

diutius viuere, quam mares, qui salaces fuerint, exemplo-
que passeris esse: nā mares ob veneris vsum interire citius
creduntur: itaq; ab Aristotele a scriptum est, salacia cito se
nescere, τὰ ὀχλοπικὰ, inquit, καὶ πολὺ σπέρμα γνέσκει τὰν,
quod & plantis perinde atque animalibus accidere, c Theophrastus optime animaduertit, ἡ δὲ καρποτοκία πολὺ τῆς φύ-
σεως ἀφαιρῇ, καὶ τὸ κυριώτατον, fructificatio multum aufert de
natura, & quod potissimum est: dicit autem κυριώτατον, po-
tissimum, quod Hippocrates ἰσχυρότατον, robustissimum, dixit
rat: subditque ὅπερ καὶ ὅτι τῶν ζώων συμβαίνει: τὰ γὰρ πολυτοκάτα-
τα, καὶ γνέσκει τὰ χυσα, καὶ ὑπόλυται: idem animalibus euenit:
nam fecunda maxime & celerrime senescunt, & moriun-
tur: deinde de arboribus ἔσται, inquit, πολύφορα, καὶ πολὺ καρπία,
ταῦτα καὶ ὅλως κατὰ γῆρᾶ θάπτειν, quæcumque feraces valde, ac
valde fructiferae, hæ quoque prorsus senescunt celeriter:
τὰ δὲ στείρα, καὶ ὀλιγόκαρπα χρονιώτερα, steriles vero, & parum
fructiferae diuturniores: scilicet vis est in coitu magna ad
exsicandum, & ad natiui caloris dissipationem, a Aristote-
les enim testatus est, seminis emissionem siccitatem parere,
τὸ σπέρμα ξηραίνει ἀπὸν, non est igitur mirum, si venere gracili-
ora, & imbecilliora corpora euadunt: contra vero eunu-
chi, & spadones adolescentiæ florem diutissime conseruāt,
& brutorum instar animantium, quibus testes adempti sunt,
pingues euadunt. ac a traditum est, in certaminibus illos,
qui abstinebant, ceteros superare consueuisse: b deinde di-
cunt, si venus commoda esset, & salubris, hoc non aliam ob
causam fieri posset, quam ob excrementi euacuationem;
etenim salubre esse existimant, excrementis vacare corpo-
ra: at excrementa tutius exercitio, & abstinentia, quam coi-
tu, euacuantur: ergo coitu abstinendum: c tum, si quibus
venus conueniret, adolescentibus d in primis competere
deberet: illis tamen utilis esse non potest, quoniam illorum
incrementum (crescunt enim) interciperet: ergo videtur
venus insalubris simpliciter dicenda. Sunt tamen, qui secus
sentiant, magni etiam nominis auctores. Rufus enim

d. lib. de
long. &
breu. vitæ.

e lib. 2. de
caus. plant.

a eod. de
lon. & bre.
vitæ.

a Clemens Alex.
lib. 2. præ-
dag. c. 10.
b arg. 2.

c arg. 3.
d Galen.
lib. 2. de sa-
nit. tu. c. 2.

Pro vene-
re.

T

Ephē-

Epheſius inter vetuſtiores; cuius auctoritatem ſecuti ſunt
 e lib. 1. ſer. Aetius, & f Oribasius, neque non g Paulus & h Auicenna;
 3. c. 8. ille, inquam, aſſerebat, venere plenitudinem exhauriri, cor
 f ad Eū-- pus agile reddi, ad incrementum promoueri, & virile ma-
 ſthar. lib. 1. gis effici, habitum duriorē emolliri, vim rationis explica-
 c. 6. ri, vehementem iram deferuere, melancholicos, & demen-
 g lib. 1. c. tes ad ſe redire, comitiali morbo prehenſos liberari, aſſi-
 35. c. 11. duas, & moleſtas, quæ in ſomnis fiunt, pollutiones cohibe-
 h li. 3. ſen. ri. i Plinius etiam teſtatur eſt, proditum, a ſcorpione, ſer-
 20. tract. 1. penteque percuſſos eadem leuari, Athletas torpentes re-
 c. 10. ſtitui, vocem reuocari, lumborum dolores ſedari, oculorū
 i li. 28. c. 4 hebetationem tolli, mente captos, & melancholicos ſanari:
 ſed clariffimus auctor Galenus libro artis medicæ ſignifica-
 uit, ſeipſo leuiorem fieri hominem, ac facilius ſpirare: & ali-
 a lib. 6. de bi a ſcripſit, nonnullos capitis grauitatem, ciborum faſti-
 loc. aff. c. 5. dium, & aliquando febres effugere: a viduis mulieribus di-
 ſtentiones vitari: quibus auctoritatibus non ſolum bonæ va-
 letudinis ſtudioſis commodam eſſe venerem intelligimus,
 ſed etiam uariarū ægritudinum remedium eſſe. Sed de
 Concluſio. morbis (ut ante dixi) non eſt hoc loco diſputandum. Ve-
 rumenimvero non adeo damnanda venus eſt, ut naturam
 quoque accuſemus, quæ, ut Venere animalium ſucceſſio pe-
 rennaret, conſtituit; utque ad neceſſariam ſobolis propa-
 gationem inuitaret, in ſeminis effuſione voluit animalia
 uoluptate perfundi maxima. Sed nota res eſt: ut in cibo, &
 potu, ita & in Venereis non res ipſa, ſed modus arguendus
 eſt: itaque vir maximus b Hippocrates inquit, labores, ci-
 b, potus, ſomnus, Venus, omnia mediocria: qui caſti ſunt,
 diutius uiuere, non eſt negandum: ſed feminas c Hippocra-
 tes docuit, ſi uiris miſceantur, ſaniores degere: & uſus do-
 cet, uiros etiam, ætate Veneri idonea, ex moderato illius
 uſu, firmiori eſſe ualitudine, quam penitus continētes: in-
 crementi quidem tempore corpus alimento indigum Ve-
 nere deterendum non eſſet: credere eſt enim, eodem ulti-
 mo alimento, quo animalia uiuunt, incrementum quoque
 reci-

recipere, & generare; quapropter Aristoteles, semen ultimi esse excrementum alimenti, professus est, & pluribus explicauit, libris scilicet de animalium procreatione; ut igitur corpora, quæ crescunt, plurimo alimento indigent, ita optimi alimenti detractioe lædi plurimum consueuere: quamobrem illos^a Aretæus recte accusauit, qui ad curandum comitiam morbum in pueris, Venerem commendabant: etenim tantum abest, ut pueri possint ad sanitatē Venerem promoueri, ut in ipsummet comitiam facile ob eandem incurrant: post adolescentiā semen exuberat, Venusque tunc (si modus adsit) ut sobolis causa necessaria est, ita minus quoque insalubris est: cui tunc etiam sufficere uir potest, perfectis uiribus, & semine redundante: idque bis septem annos perdurat, scilicet a uicesimo primo ad tricesimum quintum: ultra quod tempus quo quis magis progreditur, eo minus salubrem Veneris usum experietur, eiusque raritatem utiliore intelliget: sic, ut aliqui statuunt, post annum quadragesimum nonum parcissimam debere uenerem esse; quasi septimo septennio finis huic uoluptati imponatur; ut ille^{aa} non immerito cecinerit, desine dulciū Mater saua cupidinum Circa lustra decem flecteri molli- bus iam durum imperijs: post sexagesimum uero tertium omnino nullam approbant. Sed tutius agent, qui modum uoluptati initio septimi septennij posuerint: quod nos natura monet, nam ut copiosum minus semen maribus esse incipit, sic etiam feminis illo tempore uterus claudit, quasi ut ad sobolem, sic etiam ad sanitatem post hac non profuturam uenerem, illo uideatur argumento docuisse: sicut etiam, cum circa idem tempus feminis menses compareāt, & maribus semen defluere incipiat, nos uideatur ad procreandum inuitare, quod sine bonæ valetudinis detrimento plerisque contingit, & multis est salutare, quia puerorū morbi multi primis coitibus sanari solent, si recte Celsus^b est Hippocratem interpretatus lib. tertio aphorism. vigesimo octauo: solet autem natura simul & semel vitam, & sani-

^a li. 1. c. 4.
de diuturn.
mora. cu-
rar.

^{aa} Horat.
lib. 4. carm.
1.

^b lib. 2. c. 1.
& lib. 3. c.
23.

Brenis ar-
gumento-
rum, con-
tra vsum
veneris, dis-
solutio.

tatem procurare, & ob vitæ studium eas rebus voluptates adiungere, quas, si modus adhibeatur, salubres esse intelligimus: cum autem sint feminae, quibus menses ad annum quinquagesimum veniunt, sunt quoque mares, quibus paullo senioribus semen abundat, & noxia minus venus est: sed ij sunt priuatim cognoscendi, nam quod omnibus, vel plerisque salutare est, auctores docent: id vero est, raram & tempestiuam debere venerem esse: nam crebra, & intempestiua (contra quam pugnant argumenta, quæ dicta sunt) inutilis, & perniciofa est: vires enim enervat, senectutem maturat, & senectuti corpus effœtum tradit, mortemque immaturam accersit.

Tempestiua Venus quæ dicenda.

(*cap. XXXVI.*)



Empestiuam autem venerem existimare debemus, si neque labor adfuerit, neque exsolutio, neque languor sequetur, sed contra se leniorem, & alacriorem homo senserit, ac melius spirabit. Sed quia hæc iudicandi ratio ex eventu est, quæret aliquis modum cognoscendi, venus quando sit profutura, vel saltem periculo caritura: is igitur coniectura hoc assequetur, si non ignorauerit, tutiorem illam esse in corpore iustum incrementi modum assecuto, quam in iunioribus, quod ante notatum est: similiter verè (quod tempus est, inquit ^a Hippocrates, ad concipiendum aptissimū) vere, inquam, tutius, quam alijs anni temporibus exerceri: additque Hippocrates, ^b pluuio, quam sicco; nocteque, inquit ^c Celsus, quam interdiu; post cibum, eumque moderatum, quam post inēdiam, ac famē, & saturitatem, siue expletionem, ante somnum, quam ante laborem, assueto etiā, quam non assueto commodiorem esse. Galeni verba sunt libro ^d artis medicæ, tempestiuam esse venerem, cum neque

^a lib. de su-
perferat.

^b lib. 1. de
dieta.

^c lib. 1. c. 1.

^d cap. 86.

supra

supra modum corpus plenum, neq; vacuum exstiterit aut in calore: aut frigore, aut siccitate, aut humiditate excesserit: quod si aberrare contigerit, parvus sit error, melius autē illi calefacto, quam frigefacto, & pleno, quam vacuo, & humefacto potius, quam exsiccato. hæc ait; sed illam ego sine noxa futuram existimauerim, ad quam sponte impellimur, non morbo coacti, non externis irritamentis inuitati, vt lectione, auditione, visu, tactu, reminiscencia voluptatum: itaque Aristoteles, ^a quasi communiter receptum esset, concumbendum non esse, nisi turgeat; quærebat causam, quamobrem, si non turgeat, concubendum non sit; cū turgere non sit aliud, quam concitari, & ad emittendum aliquid impelli, quod Græci dicunt ὀργᾶν, & ὀρμᾶν, quamobrē apud ^b eundem dicuntur animalia ὀργᾶν, & ὀρμᾶν πρὸς τὴν ὀρχήαν, concitari ad venerem; & apud ^c Theophrastum dicuntur plantæ ὀργᾶν πρὸς τὴν βλάστησιν, turgere, idest incitari ad germinationem: & mulier ab Hippocrate ^d dicta est, καὶ ὀργᾶν μίσγεισθαι, si concubitum appetat, ita enim naturalis veneris appetitio describitur, quam minime noxiam putamus: propterea in eam quæstionum subtilitatem non descenderem, tutior ne sit ante somnum concubitus, vel post: sunt enim potiora indicia salubritatis eius, quæ narrata sūt, maxime verò postremum, cum scilicet sponte naturæ, quæ admodum dictum est, aliquis ad venerem excitatur; hoc enim perinde est, atque fames, ac sitis ad potionum, ac ciborum opportunitatem significandam (dūmodo non talis sit rei veneræ cupiditas) quod ex morbo nonnunquam euenit, (quale desiderium cibi est fames, quæ canina vocatur, vel, vt Græci dicunt, βέλμιος,) & vocatur a græcis σατυρίασις, & σατυριασμός, quamobrē efficitur, vt alias ante, alias post somnum, alias in medio somno, alias etiam interdum tutior concubitus sit: qui laboribus confici debet, tutius ad medium somnum confugeret, qui suæ spontis est, post expletionem, & crapulam (vt quibus etiam) tutius abstinere, & minus post somnum periclitatur, in rerum autem moderate

^a 4. probl. 9.

^b lib. de hist. animal. c. 18;
^c lib. 1. de caus. plant. c. 6.
^d lib. de generatione.

ratio-

Quibus
præsidij ve-
nus cohi-
benda.

ratione, ante somnum (modico tamen post cibum tempore) cum calidius, & plenius corpus est, securior Venus fuerit: hisce igitur argumentis de veneris salubritate coniecturam facere valemus. sed nec illud ignorandum est; ubi vel sanitatis causa, vel virtutis abstinendum est à concubitu; satius esse fame, laboribus, studiisque contendere (nam, ut verus, ita verum illud est, sine Cerere & Baccho friget Venus, & illud, Otia si tollas periere cupidinis arcus) quam vsu medicamentorum, quæ semen extinguere, ac veneris desideria compescere creduntur, cuiusmodi medicamenta apud auctores multa reperiuntur: quæ tamen sæpenumero (ut est commune remediorum omnis generis vitium) nos decipiunt: non est enim de medicamentis simpliciter, quemadmodum scribitur, statuendum, sed delectus est adhibendus: hoc vero solius medici est, & quidem valde periti, atque prudentis: præsertim, quia sæpe quoque auctores contraria tradiderunt, quemadmodum de mentha, quam veneri utile alijs, noxiam vero alijs affirmarunt: sed ea non uti, præstat: nam, qui eam damnauit Hippocrates, idem ab eadem corpus etiam imbecille reddi affirmavit, ac uniuersum eorum genus, quæ Veneri aduersantur dici potest, valetudini contrarium esse: nā hæc uel semen liquefaciunt, uel nimis condensant: utrumque autem uniuerso corpori damno esse potest; nam semen non est aliud, quam pars alimenti superflua, & redundans; non est autem credendum; his medicamentis id solum, quod superfluit, uel liquari, uel concrecere, sed totū affici nutrimentum, quod modice densum oportet esse; nam quod est liquidum nimis, effluit, & hære non potest; quamobrem macies, & imbecillitas sequitur: at nimis densum, ut non facile elabatur, ita difficulter concoquitur, & opplet magis, quam nutrit: damnanda igitur illa sunt omnia, quæ alterutra parte alimentum corrumpunt, cuiusmodi sunt, quæ uenerem cohibere pollicentur: itaque Plato suis ciuibus id consilij dabat, si uoluptati dominari eacogitatione non potuissent, qua intelligerent, se feris meliores

liores fieri oportere; rara eiusdem exercitatione cauendum sibi esse, scilicet Veneris alimentum laboribus ad alias corporis partes auertēdo: ἀγύμασον, inquit, ποιῆν τὸν τῆς ἡδονῆς ῥάμιν, τὸν ἐπὶ χροσιν, καὶ ἔοφλὴν αὐτῆς, ὅτι πόνων ἄλλοτε ἔσονται τὸ σίμαπος, idque fieri posse multis athletarum exemplis docuerat, Icci, Crislonis, Astylli, Diopompi, & aliorum, qui nulla vnquam Venere usi sunt, quamdiu ad Olympica, & alia certamina sese exercendo muniebant, & conformabant: quapropter, vti medentes doloribus, causas illorum demoliri satius existimant, quam his vti pharmacis, quæ torporem inducunt; ita contra Veneris impetus omnino præstat, moderatione ciborum, & potionum, ipsaque continentia, & vitæ durezza, laboreque improbo certare, quam his posthabitis, pharmacorum, Venerem cohibere promittentium, vires experiri. Et hæc hæctenus de continentia tam in rebus Venereis, quam in cibo, potuque. at quæ ad reliquam viuendi rationem speciatim magis pertinent, ea sigillatim quarto libro, Deo adiuuante, tractabuntur.

*Finis libri de Continentia, vel primi de Sanitate
tuenda.*

l'homme est un animal qui se nourrit de pain et de viande, et qui a besoin de beaucoup de choses pour vivre. Il est sujet à la maladie et à la mort, et il a une âme qui pense et qui sent. Il est fait à l'image de Dieu, et il a une raison qui le distingue des autres animaux. Il est né pour le bien, et il doit vivre de manière à mériter la vie éternelle. Il est sujet à la tentation du malin, et il doit résister à ses suggestions. Il est fait pour l'amour de Dieu, et il doit lui rendre gloire et honneur. Il est sujet à la souffrance, et il doit supporter ses douleurs avec patience. Il est fait pour le bonheur, et il doit chercher à le mériter par ses bonnes actions. Il est sujet à la mort, et il doit se préparer à elle. Il est fait pour la vie éternelle, et il doit travailler à l'obtenir. Il est sujet à la tentation du malin, et il doit résister à ses suggestions. Il est fait pour l'amour de Dieu, et il doit lui rendre gloire et honneur. Il est sujet à la souffrance, et il doit supporter ses douleurs avec patience. Il est fait pour le bonheur, et il doit chercher à le mériter par ses bonnes actions. Il est sujet à la mort, et il doit se préparer à elle. Il est fait pour la vie éternelle, et il doit travailler à l'obtenir.

De la nature humaine, ou de l'homme en général.

l'homme est un animal qui se nourrit de pain et de viande, et qui a besoin de beaucoup de choses pour vivre. Il est sujet à la maladie et à la mort, et il a une âme qui pense et qui sent. Il est fait à l'image de Dieu, et il a une raison qui le distingue des autres animaux. Il est né pour le bien, et il doit vivre de manière à mériter la vie éternelle. Il est sujet à la tentation du malin, et il doit résister à ses suggestions. Il est fait pour l'amour de Dieu, et il doit lui rendre gloire et honneur. Il est sujet à la souffrance, et il doit supporter ses douleurs avec patience. Il est fait pour le bonheur, et il doit chercher à le mériter par ses bonnes actions. Il est sujet à la mort, et il doit se préparer à elle. Il est fait pour la vie éternelle, et il doit travailler à l'obtenir. Il est sujet à la tentation du malin, et il doit résister à ses suggestions. Il est fait pour l'amour de Dieu, et il doit lui rendre gloire et honneur. Il est sujet à la souffrance, et il doit supporter ses douleurs avec patience. Il est fait pour le bonheur, et il doit chercher à le mériter par ses bonnes actions. Il est sujet à la mort, et il doit se préparer à elle. Il est fait pour la vie éternelle, et il doit travailler à l'obtenir.

